BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

PLINIUS

NATURALIS HISTORIA

DIESES BUCH GEHÖRT



VERLAG VON B. G. TEUBNER IN LEIPZIG

DIE HELLENISCHE KULTUR

FRITZ BAUMGARTEN, FRANZ POLAND, RICHARD WAGNER

C. PLINI SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBRI XXXVII

POST LVDOVICI IANI OBITVM

RECOGNOVIT ET SCRIPTVRAE DISCREPANTIA ADIECTA

EDIDIT

CAROLVS MAYHOFF

VOL. I. LIBRI I—VI

MCMVI

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Absoluto tandem hoc volumine desinit Teubneriana Naturalis Historiae editio prima sui parte destituta esse totumque opus nunc prostat in novam formam aequabili consilio redactum. hoc ne iam prius efficerem quam primi voluminis etiamtum a Iano curati exemplaria omnia divendita essent, obstabant praeter occupationes alias, quas enarrare hoc loco nihil refert, rei ipsius difficultas laborque multo maior et operosior quam in ullo ceterorum voluminum. nec tamen me paenitet morae huius inopinatae: interea enim subsidia sane quam exoptata mihi contigerunt et Rückii libellis de excerptoribus aliquot Plinii eximia cum diligentia et doctrina compositis utilibusque ad illustrandas quasdam codicum necessitudines nonnihil adhuc occultas et Detlefseni nova librorum geographicorum editione uberiores apparatus critici copias e scriniorum latebris prolatas continente. quam quidem hoc ipso anno in publicum prodiisse ante quam typothetae inchoato iam opere ad meae editionis librum III accederent, mihi gratulor, etsi infinitus inde labor commentarii amplificandi vel etiam retexendi subeundus fuit. nam haud pauca quae in textu novaveram confirmata consensu verius quam praerepta mihi cognovi licuitque scripturae varietatem, quam nondum plene compertam habere multis locis me piguerat, ita supplere, ut vix quidquam ex iis desideres, quae ad codicum memoriam et textus conformationem examinandam pertineant. in his nonnulla vel omitti sine fraude poterant, nisi minus recte ea adhuc prodita et corrigenda utiliter esse ex collationibus codicum **R** et **F** a Iano et a me ipso factis didicissem. increvit praeterea commentarii amplitudo perpetua fere mentione priorum editionum, quarum lectiones

idcirco adscripsi, ut intellegatur subsidia a primis editoribus adhibita, quamvis temporum decursu depravata, originem tamen traxisse e codicibus vetustioris quem nunc novimus ordinis et permultas hodie revocatas esse lectiones a Sillígio saepiusque etiam a Iano, tenui illis et nimis angusto apparatu utentibus, inmerito abiectas, simul ut caveatur ne legentes, si forte locos Plinianos ex superiore aliqua editione citatos invenerint, inopes consilii haereant in verbis nunc plus minusve mutatis. itemque emendationum vel coniecturarum memoratu dignarum auctores principes referre mihi curae fuit, ut Plinius ipse (praef. 21) benignum esse ait et plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris: quo pacto vera tandem elucet emendationis per quattuor saecula propagatae imago, quam Sillig creberrima Dalecampii mentione obscuravit, ac manifeste apparet quantum debeatur cum vetustissimis editoribus, qui quasi silvam incultam dumetisque densam, qualis horret in codicibus mendosissime scriptis, strenue ac sollerter perviam reddiderunt peregrinari cupientibus, tum mirandae eruditioni et sagacitati Hermolai Barbari et Gelenii, qui vulgati quem vocant textus conditores praecipui exstiterunt, ut omittam hoc loco quae posteri deinceps praestiterint. quibus quanto inferiora sint quae mihi contigit praestare, peractum cummaxime opus intuenti in mentem venit inprimisque veniam mihi rogandam esse sentio, si in litterarum campo inmenso et ultra unius hominis prospectum longe dilatato multa me fugerint ad interpretanda aut emendanda Plinii verba ab aliis recte observata.

Reliquum est ut memori animo palam hoc loco debitas gratias agam Carolo Rück et Ottoni Rossbach, qui humanissime studia mea adiuverunt, et viris clarissimis regias bibliothecas publicas Leidensem, Vindobonensem, Dresdensem moderantibus, quorum insigni liberalitate factum est, ut codices huc transmissos omni qua opus est cura excutere mihi liceret.

Scribebam Dresdae m. Dec. MCMV.

CONSPECTVS CODICVM

De codicum manu scriptorum, quibus Plinii Naturalis Historia ad nos propagata est, origine et auctoritate uberrime disputavit qui primus plerosque ipse inspexit examinavitque et cognationem per plures stirpes deductam accuratius quam antea id factum erat definivit, D. Detlefsen in mus. Rhen. XV p. 265—288. 367—390 et in philol. XXVIII p. 284—337, postea in praef. edit. vol. IV p. V sqq. et in diurn. litt. Ienens. 1874 n. 26 p. 395 sqq., quibus adde Herm. XXXII (1897) p. 331 sqq. et novae editionis librorum geographicorum p. VII—XI. praeterea cfr. quae exposuerunt Carolus Welzhofer in progr. gymn. Ludov. Monac. a. 1878, quod inscribitur 'Ein Beitrag zur Handschriftenkunde der Nat. hist. des Plinius', et in commentatione de Beda Plinii excerptore p. 25—41 eius libri, qui Guilielmo Christ a discipulis gratulantibus dedicatus inscribitur 'Abhandlungen aus dem Gebiet der class. Altertumswissenschaft', Vrlichs in Bursiani annal. litt. antiqu. 1878 II p. 267—272, Carolus Rück in compluribus libellis infra indicandis.

Operis Pliniani amplitudo incolumitati eius gravissimum intulit impedimentum. codicum melioris notae nullus fere totum opus integrum servavit. antiquissimi optimique temporum iniuria detruncati paucos quisque libros vel librorum fragmenta continent; posteriores vero, qui omnes aut plerosque libros complectuntur, partim ipsi quoque non leviter mutilati, permultis lacunis indiligentia scribarum ortis et omni genere errorum mendorumque laborant. itaque ubi deficit vetustissimorum certius fundamentum, iniqua est negotii critici condicio, ut saepe dubitationi locus relinquatur, maximeque in his libris primis, qui plus sex milibus nominum geographicorum largissimam errandi et depravandi materiam praebuerunt.

Atque in his quidem libris I—VI habemus

I. ORDINIS VETVSTIORVM

unum codicem praestantissimum, sed neque integrum neque vitiorum, ut consentaneum est, expertem,

A: *codicem Leidensem Vossianum fol. n. IV*, extremo saeculo IX litteris Anglosaxonicis scriptum, origine ducta ex exemplari in Britannia (ut conicere licet) quondam adservato, quod multis locis pleniorem et puriorem contextum servaverat quam recentiorum ordinis archetypus. continet is codex nunc 30 foliis binarum columnarum partes has: II 196 — III 65. 92—IV 76. 86—107. 117—V 25. 125—136. VI 40—51, foliis quae fuerant interiecta deperditis. in fine libri IV subscriptio exstat: *Feliciter Iunius Laurentius relegi.* correctus est nonnullis locis a manu non multo seriore (**A**^{2}) ex ipso, ut videtur, exemplari, unde transcriptus erat, raro a tertia manu recentiore (**A**^{3}). primus eum adhibuit Sillig collatione usus quam Nauta fecerat; denuo contulit Detlefsen.

Ad hunc proxime accedunt originis quadam communione non dubia, sed quae distincte demonstrari vix queat, excerpta aliquot medio aevo in eadem Britannia facta, in qua terra tunc homines eruditos opus Plinianum studiose lectitasse et tamquam pretiosae scientiae fontem uberrimum in suos rivulos deduxisse illustria docent exempla Bedae Venerabilis, qui tota capita a Plinio mutuatus est suisque libris inseruit, aliorumque, de quibus breviter egit Rück in progr. gymn. Ludov. Monac. a. 1903 p. 5 sqq. huius generis sunt

1) **m**: *excerpta* ('*Eboracensia*') astronomica e libris II et XVIII ad fidem decem codicum (4 Monacensium, 1 Vindobonensis, 1 Montepessulani, 2 Bernensium, 2 Parisinorum) a Carolo Rück edita in libello qui inscribitur 'Auszüge aus der Naturgeschichte des C. Plinius Secundus in einem astronomisch-komputistischen Sammelwerke des 8. Jahrhunderts' (progr. gymn. Ludov. Monac. a. 1888) p. 34—50. quae e libro II excerpta sunt sub quattuor titulis complectuntur p. 34—43 a) §§ 12. 32. 34—36. 38—44, b) §§ 83. 84, c) §§ 59—61. 69. 70. 63. 64, d) §§ 62. 67—69. 71. 75—78. 80. 78. 79. 76. 77. de aliis codicibus eadem fere excerpta continentibus, inprimis duobus Harleianis et Cottoniano, cfr. Rück in actis acad. litt. Bavar. a 1898 II p. 204—209.

2) **y** (**i**): *excerpta* astronomica, physica, geographica e libris II. III. IV. VI, quae ex duobus codicibus, *Vossiano Latino*

in quarto n. 69 (**y**) saeculi IX et *Parisino Latino 4860*, olim *Colbert. 240*, Broterio *Reg. IV* (**i**) saeculi X, idem Rück edidit in actis litt. Bavar. l. l. p. 257—287 (vel libro Monachii a. 1888 seorsum expresso qui inscribitur 'Die Nat. hist. des Plinius im Mittelalter'). complectuntur sub 70 titulis partes has: II 10. 12. 13. 32—44. 46. 47—49. 51—53. 56—58. 82. 83. 85. 89—91. 94. 96—101. 105—107. 109—111. 114—116. 122—130. 135—137. 142—146. 149—151. 154. 155. 160—162. 186—190. 192—197. 212—219. 224. 232—235. III 88. II 236. 242—247. III 3. 4. IV 102—104. VI 81—83. 86—91. II. 184—186. 220—223. 172. duos hos codices consentientes adnotavi sigla **y**, dissentientem aliquotiens Parisinum sigla **i**. hunc ipsum iam Detlefsen in apparatum receperat nota *Par.* insignitum.

3) **o**: *excerpta* quae *Robertus Crickladensis* saeculo XII in usum regis Henrici II composuit ex omnibus Naturalis Historiae libris. de eius vita ac studiis quae indagari poterant explicavit et excerptorum e libris II—VII contextum ex duobus codicibus, Londinensi musei Britannici et Guelferbytano, edidit Rück in actis acad. litt. Bavar. a. 1902 II p. 195—285, progr. gymn. Ludov Monac. a. 1903, progr. gymn. Neuburg. a. 1905. expilatae autem a Roberto sunt aut totae aut particulatim paragraphi hae: II 1. 3—6. 8—13. 14—20. 22—29. 32. 34—38. 40—50. 53. 56. 58. 62. 66. 79. 82. 83. 85. 87. 89—94. 96—105. 107—116. 119—122. 125—133. 135—139. 142—150. 152—158. 160—163 166—177. 179—181. 183—187. 189. 190. III 1—3. 5. 6. 8. 30. 31. 78. 80. 84—86. 92—94. 97. 103. 105. 112. 117—119. 123. IV 1. 4. 7. 10. 12. 14. 19. 20. 28. 30—33. 39—42. 44. 47. 49—51. 53. 58. 65. 75. 76. 79. 88—96. 98—100. 102—122. V 1—3. 5—7. 11. 14—18. 22—26. 31. 34—39. 41—48. 51—55. 57. 58. 60—62. 65—74. 76. 77. 79. 83—85. 88—91. 97—99. 103—105. 113. 124. 125. 140. 141. 143. 145. 148. 149. VI 1. 2. 4. 23—26. 30. 32—35. 41. 43. 45—47. 49—51. 53. 54. 56. 59. 65—68. 70. 71. 73—77. 81. 83—91. 105. 107. 109. 112. 114—117. 120. 121. 127. 131. 133. 155. 147. 155. 161. 162. 171. 173. 176. 182. 183. 185. 187. 188. 192. 195—198. 200. 203—205. 208. 210—219. conscripsit sua Robertus, ut ipse ait, 'ipsius Plinii integerrimis verbis' et, quantum fieri poterat, summa cura ac fide reddidit quae invenerat in suo exemplari ex vetusto illo archetypo oriundo, sed experto iam, ut mihi videtur, vigentibus tot saecula doctrinae studiis emendatricem manum hominis alicuius in litteris

antiquis pro illorum temporum indole non mediocriter versati, qui hic illic a coniecturis vel etiam a minutis additamentis explendae poliendaeve orationis causa non abhorrruerat. in universum meminisse conveniat excerptores omnes non tam transcribere librariorum more Plinium voluisse quam eruditionis Plinianae copias legentibus commode atque utiliter patefacere.

Ex eiusdem stirpis exemplari in Francogalliam ex Britannia translato in codice *Parisino Lat. 6795* ab altera manu saeculi XII

E[s]: suppletae sunt deficientes olim partes III—IV 5 et VI 88—148. 153—220, eandemque prodit maxima pars correctionum (**E**[2]) quae in eo codice cernuntur;

item ex similibus exemplaribus aliis haustae sunt correctiones in codicibus **FRD**, de quibus cfr. quae infra dicentur.

Haec subsidia recte perpensa in usu critico primarium locum obtinent praecipueque in locis dubiis, nisi certis argumentis possunt erroris vel interpolationis coargui, iure summae auctoritatis esse existimantur. ceterum quae integra in iis et bona sunt etiam per insequentium saeculorum codices quosdam, quamvis obscurata interdum accrescente mendorum numero, magna tamen ex parte propagata esse ad eam aetatem, qua typis exprimi editiones coeptae sunt, ex veterum editionum lectionibus apparet.

II. ORDINIS RECENTIORVM

stirps prima, quae agnosci possit, est codex deperditus, cuius libri II—V traiectis quibusdam quaternionibus mira iusti ordinis confusione turbati sunt, quam traiectionem Detlefsen in mus. Rhen. XV p. 270 sqq. 368 sqq. accuratissime descripsit et illustravit. transiit ea nescientibus primo librariis in complura exemplaria inde deducta, cumque eadem iam Dicuili Hiberniae monachi (qui a. 825 libellum de mensura orbis terrae conscripsit) Plinianos 'codices nimis dissipaverit', quod ex indiciis probabilibus conclusit Detlefsen in Herm. XXXII p. 326, archetypus ille videtur ipse quoque in Britannia olim fuisse. ex huius originis exemplaribus in Francogalliam apportatis ortae sunt codicum familiae duae propriis lacunis et lectionibus aliarumque rerum varietate seiunctae, consensu quidem inter singulos saepe ita variante, ut cognationis rationem ac gradum difficile sit certo definire.

1. Prioris familiae sunt

D: *codex Vaticanus Latinus 3861*, membranaceus, saeculi XI, quondam integer et in unum coniunctus cum codice *Leidensi Vossiano fol. n. LXI* (**V**), qui continet XX 186 — XXXVI 97, nunc divulsus ab eo et dimidiam tantum Naturalem Historiam usque ad XIX 156 complectens.

primis quaternionibus deperditis continet II 187—IV 67. 70—VI 220. correctus est ab altera manu (D^2) e codice vetusto in ultimo demum libri VI folio inde a 211; quae tertia manus saeculi XVI aliquot locis correxit mentione non digna sunt. post Ianum, qui ex libro V § 1—34 et § 43—153 excerpserat, codicem totum contulit Detlefsen. — Ex eodem exemplari eodem fere tempore transcriptus est formaque et habitu illi persimilis

F: *codex Leidensis Lipsii n. VII*, membranaceus, bipartitis paginis scriptus. initio mutilus incipit a I ind XI (77) *risuus natura* et continet omnes deinceps libros usque ad XXXVII 199 *primum pondere.* his primis sex libris assidua cura correctus est a manu altera saeculi XII (F^2) e codice ordinis vetustiorum, de qua re copiosius dixi in appendice p. 527 sqq. usui critico codicem hunc primus adhibuit totumque contulit Detlefsen, qui postea eum ex ipso **D** descriptum esse sibi persuasit statuitque eundem esse Chiffletianum diu desideratum (cfr. append. p. 525. 526). ipse iterum contuli et, ut in tali re accidere solet, nonnulla rectius enotavi. — Minus arto vinculo cum **D** iungitur

R: *codex Florentinus Riccardianus*, membranaceus, saeculo fere XI binis paginarum columnis scriptus, compluribus locis mutilus — interierunt enim medii libri XIV—XX. XXIII. XXIV et ultimus XXXVII — aliisque e codice alterius familiae suppletus. incipit a praefat. § 27 *illud est quod* et continuatur usque ad I ind. XXXIV med., deinde continet huius voluminis II 26 *credi ex usu uitae* — VI 220. collatione a Iano facta Sillig in editione usus est eamque bibliothecae regiae Dresdensi mandavit; qua perpetuo inspecta errores illius haud paucos sustuli, ita ut adnotationem meam, ubi a Silligiana discedat, pro vera haberi velim. correctiones autem, quae passim inveniuntur a manu altera, interdum etiam tertia, aut in spatio raso aut litteris detortis aliisve superscriptis factae, Ian raro ita indicavit, ut utrius manus sint discernatur. in plurimis quidem vestigia apparent codicis ex ordine vetustiorum (R^2), sed aliae speciem coniecturae prae se ferunt.

2. Alterius familiae sunt

E: *codex Parisinus Latinus 6795* (Silligio et Iano **a**, Harduino *Regius I*), membranaceus, saeculo XI binis paginarum columnis scriptus, in primis quaternionibus

umore ac situ et remediis quoque ad resuscitandas litteras evanidas inlitis adeo foedatus, ut amplae partes iam legi non possint, inde a libro XXI subinde mutilus deficientibus aliquot foliis, in fine detruncatus post XXXII 135. huius voluminis totum textum continet, ac praefatio quidem et I—III 38. 70—131. IV 6—VI 88 prioris manus sunt, alterius, quae correxit et supplevit, partes interiectae, exceptis paucis paragraphis VI 148—152, quas tertia manus margini ascripsit. contulerunt praefationem et I Dübner, II et V Ian, praef. I. III. IV. VI Detlefsen, correctionum tamen generibus duobus non significatis: admixtae enim sunt iis, quae saeculo XII e codice ordinis vetustiorum factae sunt (**E**[2]), aliae, quae tertiam illam manum multo recentiorem (saeculi XV vel XVI) ostendunt, et in his ita comparatae, ut eas ex impressis demum editionibus inlatas esse suspicio sit. hanc aliqua ex parte iustam esse cognovi beneficio Ottonis Rossbach, qui opera sua ultro mihi oblata plus ducentas lectiones e libris II et V a me delectas in ipso codice **E** scrutatus est et subtilissime describendo explanavit. tertiam manum ait per se agnosci plerumque posse (id quod vidit etiam Rück de Rob. Crickl. exc. l. l. p. 216 n. 3 nec negavit Detlefsen in diurn. litt. Jenens. 1874 p. 395) ac ne opus quidem esse confirmandi causa simul evolvi

e: *codicem Parisinum Latinum 6796 A* (Silligio et Iano **b**): is enim cum ex **E** ab altera manu iam correcto paulo post cum fide descriptus sit, inmunis est a tertiae interpolationibus. ubi evanuit vel obscurata est codicis **E** scriptura, ex **e** lectiones iure substituuntur suntque suis locis adnotatae e collationibus Iani et Detlefseni.

Adiungitur huic familiae, sed ex alio exemplari derivatus et saepius cum **F** vel **R** consentiens proprium et separatum locum tenet

a: *codex Vindobonensis CCXXXIV* (Silligio et Iano ω), olim monasterii S. Blasii in Nigra Silva, membranaceus, saeculo XII vel XIII — a. 1278 d. 8. Maii 'fuit accommodatus Rudolpho Constantiae episcopo', ut testatur primae paginae inscriptio — binis columnis scriptus, in duos divisus tomos, quorum prior praefationem et I—XX, alter sequentes libros usque ad XXXVII 203 *quecumque ambitu*[r mari] continet. inde a libro X saepe textus partes plus minusve amplae data opera, ut videtur, a librariis praetermissae sunt; huius vero primi voluminis textus nihil fere detrimenti accepit, nisi quod VI 90—95 interciderunt, columna vel pagina una 41 versuum errore neglecta. praefationem et in-

dices aliasque quasdam partes excussit usuique critico adhibuit Detlefsen; ego textum totum contuli. — Si ex paucis quas Beatus Rhenanus tradidit lectionibus coniecturam facere licet, *Murbacensis* codex nunc oblitteratus tam similis fuit Vindobonensi a, ut prope gemini fratres appellari queant.

Iam codicum **ADFRE** (plerumque etiam **a**) discrepantiae adnotatio a me ita instituta est, ut siglae eorum, qui quoque loco constanter ac perpetuo collati sint, in superiore paginae margine adscriptae inveniantur et in commentarii notis unius tantum pluriumve ex his mentione facta certo concludi possit, in reliquis (*r*) exstare lectionem in textum receptam. alia ratio est excerptorum (**myo**), quae cum continuae ac plenae orationis partes haud ita magnas easque saepe etiam decurtatas praebere soleant, non potuerunt sine molesta incommoditate cum illis copulari separatimque ibi tantum commemorata sunt, ubi discrepant, verum ex horum quoque lectionibus vix ulla, quae alicuius momenti sit, omissa est. omnino variarum lectionum in geographicis maxime libris III—VI infinita saepe abundantia fuit, etsi ne sic quidem omnes adnotatae sunt; coerceri eas modicis finibus in libro II licuit, quia et codices, quae est ibi orationis et argumenti indoles, paulo minus vitiose scripti sunt et exclusis quas singuli aperte falsas habent nihil tamen, quod iure desideretur, ab apparatu critico abest.

Praeter hos codices, qui pro fundamento sunt recensionis criticae, aliorum quoque scripturas sparsim adnotavi, quae quidem subsidia, praesertim ubi meliora desunt, ut in praefatione et initio libri II, prorsus reici non debent; aliis locis id factum est, ut quae ratio inter eos et meliores illos intercedat exemplis aliquot ostendatur.

Ex iis cum ordine recentiorum et artissimo vinculo cum codice **F** cohaerent

d: *codex Parisinus Latinus 6797* (Harduino *Regius II*), membranaceus, saeculi XIII, totum Plinii opus usque ad XXXVII 199 *primum pondere* continens, ultimo tamen libro adiecto ab altera manu, quae correxit ceterorum quoque textum partim e codice alienae originis. libros omnes praeter XXXIII—XXXVI in usum Sillígii contulit Ian.

T: *codex Toletanus*, membranaceus, saeculi XIII, excepto ultimo omnes libros continens. a Pintiano quondam diligenter excussus et adhibitus est, collatus in Silligii usum a duobus presbyteris Hispanis (cfr. edit. Sill. vol. I praef. p. X).

f: *codex Chiffletianus*, a Dalecampio in editione passim ita adhibitus, ut insigniores eius lectiones margini adscriberet, postea oblitteratus. quem eundem ac codicem **F** esse censet Detlefsen: cfr. supra.

Cum familia codicum **Ea** videtur cohaerere

q: *codicis* (miscellanei) *Parisiensis Latini 7701* pars saeculo XIII scripta, quae Naturalis Historiae initium usque ad I ind. XXXII med. continet. lectiones, quae ad praefationem adnotatae sunt, excerpsit Detlefsen.

Ad ordinem vetustiorum variis propinquitatis gradibus redeunt codices quinque, ac primum duo Britannici:

l: *codex Arundelianus 98*, Londini in museo Britannico adservatus et saeculo XII ascriptus, I—XVIII continens: cfr. vol. III p. XI. ad praefationem Londini a. 1728 editam adhibuit Davides Durandus; reliquas lectiones debeo Victori Ryssel.

Ox: *codex Oxoniensis 274* in bibliotheca Novi Collegii adservatus, eiusdem fere saeculi, I—XIX continens. disseruit de eo in Classical Review VII p. 451 sqq. I. Grafton Milne, qui hunc et Arundelianum cum eo, ex quo Robertus sua excerpsit, planissime consentire dixit denotavitque observatam iam antea similitudinem, quae cum utroque est

p: *codici Pollingano Latino 11301* Monacensi (Sillígio **P**), a. 1459 in Italia scripto, de quo cfr. edit. Sill. vol. I praef. p. XXI, Welzhofer 'Beitrag' p. 82—89. postquam Ian praefationem et II 1—137. V 1—30. VI 1—64 contulit, ego II 138—248. VI 65—220 aliasque partes quasdam excerpsi et plerasque lectiones adnotavi, quo magis eluceat consensio cum $\mathbf{E}^2$**o** passim conspicua, quamvis peculiaribus mendis erroribusve interdum occultata. ceterum moneo numeros fere omnes non notis, sed nominibus numeralibus a librario indicatos esse.

Salmant.: *codex Salmanticensis*, libros I—XV continens, semivetus, ut ait Pintianus, qui eum in observationibus Plinianis a. 1544 non raro laudavit.

z: codex a *Dalecampio* excerptus et in editionis margine sigla *M* vel *Man.* notatus (Sillígio **r**). de huius cum $\mathbf{F}^2$ similitudine exposui append. p. 528; praeterea cfr. Vrlichs in Eo II (1866) p. 359, Detlefsen in philol. XXVIII p. 301, Welzhofer l. l. p. 36.

Huc pertinent fortasse — nam certior deest notitia — duo

k: *codices Cracovienses*, quos breviter significavit Io. Troianski in ind. schol. hib. Cracov. a. 1841, speciminis gratia praef. 1—15 plene exscriptis. alter (**k**) est

membranaceus, saeculo XIII assignatus, Bononiae a. 1459 emptus, alter (**k**^{l}), chartaceus ignotae originis, saeculo XIV scriptus esse existimatur. lectiones eorum ad praefationem adnotavi.

Denique uno loco — I ind. IX (35—42) citavi

pal. Chat.: pauca folia *codicis rescripti* saeculi IV vel V, quae in Cassiani Institutorum codice 24 bibliothecae Seminarii Magni Augustodunensis detecta Aemilius Chatelain descripsit in Journal des savants a. 1900 p. 44—48.

Restat ut pauca addam de libro I, quo continentur *indices*; horum enim singularis est et a ceteris libris diversa condicio critica, quam qui penitus cognoscere volent, iis satis habeo commendasse quae subtilissime, ut solet, disputavit Detlefsen in philol. XXVIII p. 701—716.

Atque a Plinio quidem ipso indices libro primo comprehensi et praefationi (cfr. § 33) subiuncti sunt: quae ratio servatur hodie in codicibus **dT**. in antiquissimis autem codicibus, ut commodo lectorum provideretur, indices ita fuerunt duplicati, ut et coniunctim scripti in libro I et separatim suo quisque libro praemissi exstarent. cuius rei exempla sunt codices **FRE**, in quibus illi ante singulos libros iterantur (**F**^{a}**R**^{a}**E**^{a}). in reliquis vero aut deperditus est liber I, ut in **MOBD**(**V**), aut omissus, ut in **a**, et supersunt — quatenus sunt integri — modo **M**^{a}**O**^{a}**B**^{a}**D**^{a}(**V**^{a})**a**^{a}: sic igitur rectius, ut errores praecaverentur, notari oportuit, nisi brevitatis causa potius visum esset siglis uti simplicibus. desunt indices toti in codice **p**. sed ne in **FRE** quidem omnium memoria duplex durat incolumis: nam interierunt in iis posterior pars indicis XXXIII et prior XXXIV, praeterea desunt indices in **F** II—XI (77), in **R** XXXV—XXXVII, in **E** autem multa iam legi non possunt; desunt in **F**^{a} II et III, in **R**^{a} II(?). XIV—XIX. XXI (cuius loco est XX). XXIII. XXIV. XXXVII, in **E**^{a} II. III. V. VI. VIII—XIII. XV—XIX. XXI (cuius loco est XX). XXII. XXIV ultimique inde a XXXIII. (de **M** cfr. vol. II p. XXXIII, de **O** et **B** vol. V p. VIII et IV). codicum, quorum siglas in superiore paginarum margine indicavi, plenis collationibus uti mihi licuit (**a** usque ad XXI); reliquorum lectiones desumpsi ex editione Detlefseni ex instituto — id quod valde dolendum est — parcissimum delectum praebentis.

Tali igitur subsidiorum condicione et ob magnam multitudinem nominum numerorumque saepe incredibilem in modum corruptorum ac lemmatum ordine quoque interdum turbato vel mutato — id quod in **dT** consilio et cum quadam constantia factum est, quo magis indices cum librorum textu conciliarentur —, non mirum est librum I omnium maxime operosa ac

molesta negotia edituro facessere. ego etsi operam dedi, ut codicum scripturam fideliter tuerer et nomina ac numeros leni medela probabiliter emendarem librorum textu assidue collato numerisque, quoad eius fieri posset, computando exploratis, memini tamen, quantum absit ut Plinii manum restituisse videar: hoc unum spero, non fore ut mea opera omnino sterilis et inanis fuisse iudicetur. praecedere hac via primus coepit, ut significavi p. 97, Harduinus Parisinos quosdam codices secutus, sed lemmata alia transposuit, alia mutavit multisque ab ipso fictis et interiectis supplevit quae abesse ei videbantur. re de integro suscepta pluribus melioribusque subsidiis Sillig severius se codicum auctoritate astrinxit et, quamquam singula multa non recte administravit parum perspecta codicum ratione intricata, universa tamen recensionis fundamenta stabilivit. nonnulla deinde Ian correxit, in aliis erravit, cum codicibus **dT** nimium tribueret, iure ob id reprehensus ab Vrlichsio in Fleckeiseni annal. I XXI p. 257 sqq. postremo Detlefsen apparatu magnopere amplificato usus ad antiquam indicum formam proxime accessit, relictis tamen quibusdam, in quibus ultra Iani placita non progressus est. veteres quidem ante Harduinum editores auctorum tantummodo indices e codicibus integros fere receperant, argumentorum lemmata varie mutando et augendo aut amputando aliterve ordinando interpolata dederant, ut plane novi et alieni indices circumferrentur, quos verisimile est — nisi fallunt vestigia in ultimis libris codicis **a** obvia — in exemplari aliquo ab homine docto medii aevi suo arbitrio confectos esse.

NOTARVM EXPLICATIO

a. = ante.
add. = addit, addunt, addito.
coni. = coniecit, coniectura.
corr. = correxit, correctura.
del. = delevi, delevit, deleto.
dist. = distinxi, distinxit.
lac. = lacunam.
ll. = libri manu scripti **ADF RdEa**, quotquot quoque loco collati et uniuscuiusque paginae in margine superiore siglis indicati sunt.
om. = omisit, omisso.
praem. = praemisso.
r = reliqui codices praeter eos, qui ad eandem lectionem adnotati sunt.
ras. = rasura.
v = veteres editores vel lectio vulgata inde a vetustissimis editionibus usque ad hanc aut ad eam, quae una adnotata est, velut *va. G* = veteres ante Gelenium; *va. G(H)* = veterum ante Gelenium lectio, revocata ab Harduino.

B = Hermolai Barbari castigationes Pinianae. Romae 1492. 1493.
Bas. = Basileensis editio (Erasmi) 1525.
Ber. = Parmensis editio (Philippi Beroaldi) 1476.
Brot. = Broterii editio Parisina 1779.
C = Io. Caesarii editio Coloniensis 1524.
D^1 = Detlefseni editionis Berolinensis vol. I. 1866.
D^2 = eiusdem Die geogr. Bücher d. Nat. Hist. d. C. Plin. Sec. Berlin 1904 [1905].
Dal. = Dalecampii editio Lugdunensis (1587) 1606.
vet. Dal. (Silligio K) = coniectura incerti hominis docti vel vetustioris alicuius editionis lectio a Dalecampio ad marginem enotata.
G = Gelenii editio Basileensis 1554. (Eiusdem castigationes sive annotationes 1535).
Gron. = Gronovii (I. F.) in aliquot libros C. Plinii Secundi notae (1669). v. Sill. edit. vol. VI.
H = Harduini editio Parisina (1685) 1741.
Hack. = Hackiana editio. Lugd. Bat. 1668.
J^1 = Iani editionis Teubnerianae vol. I. Lipsiae 1854.
J^2 — eiusdem editio altera 1870.
L = Lugdunensis editio (I. N. Victorii) 1563.
P = Pintiani in C. Plinii nat. hist. libros omnes observationes. (Salmanticae 1544) Lugduni 1593.
Rhen. = Beati Rhenani in C. Plin. annotationes. Basileae 1526.
S = Silligii editionis vol. I. Hamburgi et Gothae 1851.
Salm. = Salmasii Plinianae exercitationes in Solini polyhistora. (Parisiis 1629). Traiecti ad Rhenum 1689.
U cum numero = Vrlichsii vindiciarum Plinianarum vol. I. Gryphisw. 1853. *U* sine numero = chrestomathia Pliniana. Berolini 1857.
Ven. = Veneta editio (I. B. Palmarii) 1499.
Verc. = Alexandri Benedicti editio. Venetiae 1507.

Brunn (Henr.): de auctorum indicibus Plinianis. Bonnae 1856.
D It. = Detlefsen, Die Beschreibung Italiens in d. Nat. Hist. d. Plin. Leipzig 1901.
DKN = eiusdem Kurze Notizen über einige Quellenschriftsteller d. Plin. in progr. gymn. Tychopol. 1881.
DME = eiusdem Die Masse der Erdteile nach Plin. in progr. gymn. Tychopol. 1883.
DUZ = eiusdem Untersuchungen über d. Zusammensetzung d. Naturgesch. d. Plin. Berlin 1899.
Fels (Alb.): de codicum antiquorum, in quibus Plini nat. hist. propagata est, fatis, fide atque auctoritate. Gottingae 1861.
luc.: mea lucubrationum Plinianarum capita III. Neostrelitiae 1865. — *nov. luc.*: meae novae lucubrationes Plinianae. Lipsiae 1874.
MGGm = Müller (Carolus) ad Geographos Graecos minores.
MPt = idem ad Ptolemaei Geographiam.

CFW Müller: Krit. Bemerkgn. zu Plinius' nat hist. Breslau 1888. — *grat.*: Festschrift z. 50j. Doktorjubiläum Ludwig Friedländer dargebracht von s. Schülern. Leipzig 1895. (p. 543—554).

Müller (Joh.) *emend.*: Emendationen zur nat. hist. des Plinius. I. Wien 1877. *de stilo*: Der Stil des älteren Plinius Innsbruck 1883.

Münzer (F.): Beiträge zur Quellenkritik d. Naturgesch. d. Plin. Berlin 1897.

Nissen (Henr.): Italische Landeskunde I. II. Berlin 1883. 1902.

Rück 1: Auszüge aus d. Naturgesch. d. Plin. etc. in progr. gymn. Ludov. Monac. 1888.

Rück 2: Die Nat. Hist. d Plin. im Mittelalter. München 1898.

Rück 3: Das Exzerpt d. Nat. Hist. d. Plin. von Robert v. Cricklade. München 1902.

Tom. 1 = Tomaschek in Zeitschr. f. d. österr. Gymnasien 1867.

Tom. 2 = idem ibidem 1874.

Beda: Mignii Patrol. tom. XC sqq.

Dic. = Dicuili liber de mens. orbis terrae ed. Parthey. Berolini 1870.

G Gm = Geographi Graeci minores ed. Car. Müllerus. Parisiis 1882.

G Lm = Geographi Latini minores ed. Alex. Riese. Heilbronnae 1878.

Geogr. Rav. = Ravennatis anonymi cosmographia ed. Pinder et Parthey. Berolini 1860.

M Cap. = Martianus Capella ed. Eyssenhardt. Lipsiae 1866.

Ptol. = Claudii Ptolemaei Geographia ed. Car. Müllerus. Parisiis 1883. 1901.

St Byz. = Stephanus Byzantius ed. Meineke. Berolini 1849.

C. PLINI SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBRI I—VI

PLINIVS SECVNDVS

VESPASIANO CAESARI SVO S.

Libros Naturalis Historiae, novicium Camenis 1
Quiritium tuorum opus, natos apud me proxima fetura
licentiore epist*u*la narrare constitui tibi, iucundissime Imperator; sit enim haec tui praefatio, verissima, dum maxim*i* consenescit in patre. namque tu solebas nugas esse aliquid meas putare, ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum (agnoscis et hoc castrense verbum): ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit quam volebat existimari a Veraniolis *s*uis et Fa-
*b*ul*l*is. simul ut hac mea petulantia fiat quod proxime 2
non fieri questus es in alia procaci epist*u*la nostra, ut in quaedam acta exeat sciantque omnes quam ex aequo tecum

---

§ 1: (v. 7) Catull. 1, 3. 4. — (v. 11) idem 12, 17.

---

1 C. Plinius **k***va.S* 2 cesari **dT**(*subscr. in* **R**). *cfr. II 89. ind. auct. II.(XXXIII). X 120.* domino **e**. *om.* **r**. (*tota inscriptione omissa* Incipit prologus **a**) 4 natus **a** *Murb.* -tum **p***va.S* 6 maximi *B*(*D*). -me **dTeaql***J*[2]. -mo **pk***v*(*H*) 7 nugas *D cum Hauptio* (*Herm. I p. 128*). meas *G* **e** *Catullo. om.* **ea**. putare **r***v*(*S*) 8 aliquid esse **dT** | meas *om. G* | putare *D cum Hauptio.* putare (-re ēē **a**) nugas **ea***G*. nugas **r***v*(*S*) | obiter **k***B*(*D*). obicere (-rē **a**) *ll.v*(*H*) | emolliam *G cum Rhen.*(*D*). molliam (-ia in **a**) *ll.B.* moliar **pk**[1]*v*(*H*) 10 syllabis (sillaqk) *ll.v*(*D*). sittis l. saetabis *H cum Alciato* 11 quem **p**. quoniam **k***H* | uernaculis **d**[3]**epklz***va. Verc.* | suis *Verc.* tuis *ll.v* | fabullis *Verc.* famulis *ll.v* 12 in (*pro* ut) **k** 14 exeat *cod. Prag. G cum Rhen.*(*J*). exeant *ll.v*(*H*). -am *Ven.*

3 vivat imperium. triumphalis et censorius tu sexiesque
consul ac tribuniciae potestatis particeps et, quod his no-
bilius fecisti, dum illud patri pariter et equestri ordini
praestas, praefectus praetorii eius omniaque haec rei pu-
blicae es: nobis quidem qualis in castrensi contubernio,
nec quicquam in te mutavit fortunae amplitudo, nisi ut
4 prodesse tantundem posses *e*t velles. itaque cum ceteris
in veneratione tui pateant omnia *a*lia, nobis ad colendum
te familiarius audacia sola superest: hanc igitur tibi im-
putabis et in nostra culpa tibi ignosces. perfricui faciem
nec tamen profeci, quoniam alia via occurris ingens et
5 longius etiam summoves ingenii fascibus. fulgurar*e* in nullo
umquam verius dicta vis eloquentiae, tribunicia potestas
facundiae. quanto tu ore patris laudes tonas! quanto
fratris amas! quantus in poetica es! o magna fecunditas
animi! quem ad modum fratrem quoque imitareris exco-
gitasti.
6 Sed haec quis possit intrepidus aestimare subiturus
ingenii tui iudicium, praesertim lacessitum? neque enim
similis est condicio publicantium et nominatim tibi dican-
tium. tum possem dicere: ‘Quid ista legis, Imperator?
humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbae,
denique studiorum otiosis. quid te iudicem facis? *c*um
hanc operam condicerem, no*n* *e*ras in hoc albo. maiorem

---

1 sextumque *va.* (*Rhen.*) *G* 4 p̄ (*pro* publicae) **Ea** *Murb.* 5 es *ego.* es et *Rhen.* est et **Ea** *Murb.* et *rv* | qualis **pk***v.* -li **Ea** *Murb.* -le **dTq** 6 nec **apk**^{1}*v.* ne *r* | nisi *G.* in his (iis *v*) nisi *ll.v.* cunctis nisi *D* 7 prodesset **Eak** | tantum idem *D* posses **pkl***v.* -sset *ll* | et *v*(*G*)*D.* ut *ll. Ven.*(*H*) | quom **k** 8 uenerationem **dq**(?) *Ven.* | alia *ego.* illa *ll.v* 12 ingenii **d**^{2}**l***v.* -ntis *r.* -tibus **k**. *om.* **p** | fulgurare *Müller emend. I p. 3.* -gorari **pk**. -ati **deal**. -gurati **T**. -rat **q***v* | ullo **E***S* 13 uis **deq***v.* bis *r* | tribunicia potestas *D cum Mommseno* (*Herm. I p. 128*). -ciae -tatis *ll.v* 14 facundia *va.S* 15 amas *ll.v.* famas *D. mendum nondum sublatum* 18 posset **pk** 23 cum *v.* quom (**q**?) *D.* quam **dTea**. quia **pkl** 24 hunc **dTa** | cum dicerem **E**^{2}**epkl** | non eras *v.* noenias **l**. noemas **qk**^{1}. neonias **T**. neomas **d**. nęnias **e**. nenias **Ea**. uen- **pk** | aluo **Ea**

te sciebam, quam ut descensurum huc putarem.' praeterea 7
est quaedam publica etiam eruditorum reiectio. utitur illa
et M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus et, quod
miremur, per advocatum defenditur: nec doctissimis
Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congium
volo. quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili
nasum, dicendum sibi putavit, Cicero mutuandum, prae-
sertim cum de re publica scriberet, quanto nos causatius
ab aliquo iudice defendimur? sed haec ego mihi nunc 8
patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimum refert,
sortiatur aliquis iudicem an eligat, multumque apparatus
interest apud invitatum hospitem et oblatum. cum apud 9
Catonem, illum ambitus hostem et repulsis tamquam hono-
ribus ineptis gaudentem, flagrantibus comitiis pecunias
deponerent candidati, hoc se facere, quod tum pro innocentia
ex rebus humanis summum esset, profitebantur. inde illa
nobilis M. Ciceronis suspiratio: O te felicem, M. Porci,
a quo rem inprobam petere nemo audet! cum 10
tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat
Gracchus, hoc adtestabatur vel inimico iudici se probari

§ 7: Cic. de or. II 6, 25. de fin. I 3, 7.

3 ingenii aleam *v.* -nitaliam *ll* 4 haec doctissimum *va.H* 5 nam Gaium *L Müller Lucil. sat. p. 78* | Laelium *va.H* | congium (*codd. B*) *D. cfr. Herm. XXXII p. 332.* -gum *ll.H.* decimum *v e Cic. de orat. II 6, 25* 7 nasum *v.* nasum quasi abusionem et uituperationem. primus enim satyricum carmen scripsit in quo utique uituperatio unius cuiusque continetur. Nasum autem dixit quod uituperationis signum uel maxime declarandum *ll* | si cicero **E**[2] *va. D* 8 re prescriberet (-rē **a**) **Ta.** *cfr. p. 2, 4* | excusatius **T** (*cfr. XXXVII 200*) 9 defendimur **pkl** *Ber.* -mus *ll. H.* diffidimus *v*(*G*) | haec & (?) **E.** haece *coni. O Rossbach* 11 hunc (*pro* an) **Eea** 13 illud **dea** 14 inēptis (*anon. ap. Rhen.*) *J.* ineptis *ll. v*(*H*). indeptis (*B*) *G* 15 deponere **Ea.** -one **d** | quod tum *om. va. S* | cum **T.** *an* tum testimonium? *de dictione cfr. VII 109. 111. 112. 114. 116. 127* | pro *ll. v.* populo Romano *coni. D Herm. l. l.* 16 ex *ego.* & **E.** *om. r S.* quod in *v* | esset **1** *v.* esse *ll* 18 audebat **p** 20 uel **pkl** *v*(*H*). se uel *ll. G* | se prob- **pk** *Ber.*(*H*). ad (ab **dTq**) se probari *ll.* se approbari *C.* -re *v.* se [posse] prob- **1**

posse. adeo summum quisque causae suae iudicem facit
11 quemcumque, cum eligit. unde provocatio appellatur. te
quidem in excelsissimo generis humani fastigio positum,
summa eloquentia, summa eruditione praeditum, religiose
adiri etiam a salutantibus scio, et ideo cura*nt*, quae tibi
dicantur ut digna sint. verum dis lacte rustici multaeque
gentes et mola litant salsa qui non habent tura, nec ulli
fuit vitio deos colere quoquo modo posset.
12 Meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quod
levioris operae hos tibi dedicavi libellos. nam nec ingenii
sunt capaces, quod alioqui *in* nobis perquam mediocre
erat, neque admittunt excessus aut orationes sermonesve
au*t* casus mirabiles vel eventus varios, iucunda dictu aut
13 legentibus blanda sterili materia: rerum natura, hoc est
vita, narratur, et haec sordidissima sui parte a*c* plurimarum
rerum aut rusticis vocabulis aut externis, immo barbaris
14 etiam, cum honoris praefatione ponendis. praeterea iter
est non trita auctoribus via nec qua peregrinari animus
expet*at*. nemo apud nos qu*i* idem temptaverit, nemo apud
Graecos qui unus omnia ea tractaverit. magna pars

§ 11: (v. 7) cfr. XII 83. — § 12: (v. 10 sqq.) cfr. Mela I, 1.

2 cum *om.* **lz** *v a. H(D)* | elegit **d**[2]**E**[1]**ap** *Murb. G* | inde **apk** 5 ideo (adeo **p**) *ll. D.* ideo subit *H.* ideo immensa praeter ceteras subit *v* | curant *ego.* -ra ut *ll. v.* -raui **pkl** 6 dicentur **p** | ut *ego.* tū *ll.* cum **pkl***v.* con[digna] *Ber.* te *G.* tui *D. de dictione cfr. Müller de stilo p. 17. 18* | uerum dis **Tqz***S.* -rundis **d**[1]**Eea.** -rendis **p.** -recundis **kla**[2]*ad marg.* uerum et dis **d**[2]*v* 7 gentis **Eea***S.* -tes supplicant *v a. J* | litant *ORossbach.* tantum *ll. v. om.* **T** | salsa litant **pkd**[3]*v* | qui *ll. v.* quia *coni. J* | habent tura **dT***v.* -ntur **Eea.** -nt **pkl** 10 cum (*pro* nec) **dT** 11 capacis **d** | alioqui in *CFW Müller p. 21. cfr. XIV 50.* -quin **dpkl***v.* -qui *rD* 13 aut *v.* apud *ll* | causas **pklz** | non alia iucunda *v a. S* | ac *ego* **klz** *v a. G.* et **p** 14 sterilis *D (ad seqq. referens)* 15 ut hec **dEea** | ac *ego.* a.. **E.** aut **ekl.** ut **daq***v. om.* **pz** 16 ac (*pro priore* aut) **pk**[1] 17 etiam **dTa** *Murb. G. om. rv. dist. ego* | iter est *Bas.* interest *ll. v* 18 qua *v.* qua re *ll* 19 expetat *Bas.* -tet **p.** -ectet (-ecter **a**) *ll. v* | qui idem (*Rhen.*) *G.* quidem *ll.* quidem qui *v*

studiorum amoenitates quaerimus; quae vero tractata ab
aliis dicuntur inmensae subtilitatis, obscuris rerum tenebris
premuntur. an*te* omnia attingenda quae Graeci τῆς ἐγ-
κυκλίου παιδείας vocant, et tamen ignota aut incerta
ingeniis facta; alia vero ita multis prodita, ut in fastidium
sint adducta. res ardua vetustis novitatem dare, novis 15
auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis
gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam et naturae
sua omnia. itaque etiam non assecutis voluisse abunde
pulchrum atque magnificum est.

Equidem ita sentio, peculiarem in studiis causam 16
eorum esse, qui difficultatibus victis utilitatem iuvandi
praetulerint gratiae placendi, idque iam et in aliis operibus
ipse feci et profiteor mirari me T. Livium, auctorem
celeberrimum, in historiarum suarum, quas repetit ab
origine urbis, quodam volumine sic orsum: iam sibi
satis gloriae quaesitum, et potuisse se desidere,
ni animus inquies pasceretur opere. profecto enim
populi gentium victoris et Romani nominis gloriae, non
suae, composuisse illa decuit. maius meritum esset operis
amore, non animi causa, perseverasse et hoc populo
Romano praestitisse, non sibi. $\overline{XX}$ rerum dignarum cura 17
— quoniam, ut ait Domitius Piso, thesauros oportet esse,
non libros — lectione voluminum circiter $\overline{II}$, quorum pauca

§ 16: Liv. fragm. 55 (Hertz).

1 tractata **q**(?)**k***v*. -cta/// **e**. -cta *r* | ab illis **p** 2 dicuntur *om.* **E**[1]**l** | rerum in **deaq***D*. librorum in *coni.D Herm.l.l.* 3 ante (aū) *ego.* an *ll.* iam *v.* erant *ORossbach* | ἐγκυκλίου *MHertz.* encyclio **da***Ber.* eneydio **l**. eido **p**. idio *v.* encyclo *rB.cfr.Seneca ep.88,23* 5 ut multis **e**[1]. ita multis ita **a** 6 sint **k**[1]**l***v.om.r* | ducta **l**. adducantur **dTq** 8 et naturam **d**[1]**T** 9 sua *J cum Durando.* suam **d**[1]**T**. suae *rv* | omnia *v.* -ibus *ll.* uim **pklz**. omnianīs **d**[3]. -ia. Nobis (*Rhen.*)*S* | utique *D*(*errore*) | assuetis **d**[1]. assecuti (abs- **a**)**ea** | soluisse **eapl** 13 praetulerint **al**. -erunt *rv* 14 profitea. **E** | mirari me T. **T***G*. -ri et *ll.* -ri T. (*Rhen.*)*S*. me mirari **p***v* 16 iam sibi satis **p***v*. satis iam sibi **l**(?)*G*. iam sibi *ll* 17 potius sese **dap**. -us se **lz** | desinere ni *va.S*. -iderent **a**. -iderare ut **d**[2]**plz** 18 inquies **T***v*. -iesce **dEeq**. in quiete **aplz***D* 24 ex lectione **l***va.S*

admodum studiosi attingunt propter secretum materiae, ex
exquisitis auctoribus centum inclusimus XXXVI voluminibus,
adiectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores aut
18 postea invenerat vita. nec dubitamus multa esse quae et
nos praeterierint. homines enim sumus et occupati officiis
subsicivisque temporibus ista curamus, id est nocturnis,
ne quis vestrum putet his cessatum horis. dies vobis
inpendimus, cum somno valetudinem computamus, vel hoc
solo praemio contenti, quod, dum ista, ut ait M. Varro,
musinamur, pluribus horis vivimus. profecto enim vita
19 vigilia est. quibus de causis atque difficultatibus nihil
auso promittere hoc ipsum tu praestas, quod ad te scribimus.
haec fiducia operis, haec est indicatura. multa valde
pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata.
20 Vos quidem omnes, patrem, te fratremque, diximus
opere iusto, temporum nostrorum historiam orsi a fine
Aufidii. ubi sit ea, quaeres. iam pridem peracta sancitur
et alioqui statutum erat heredi mandare, ne quid ambitioni
dedisse vita iudicaretur. proinde occupantibus locum faveo,
ego vero et posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut
21 ipsi fecimus cum prioribus. argumentum huius stomachi
mei habebis quod in his voluminibus auctorum nomina
praetexui. est enim benignum, ut arbitror, et plenum
ingenui pudoris fateri per quos profeceris, non ut plerique
22 ex *iis*, quos attigi, fecerunt. scito enim conferentem

§ 22: Cic. de re publ. I 43, 66. Cic. fragm. p. 489 (Orelli). Cic. de off. III 2, 7.

1 ex *om.* **deal** 7 quid uestris (*Rhen.*) *G* | putetis **Ta** *Murb.* (*Rhen.*) *G* 10 musitamur **p.** -mus **dT.** mussinamur **l.** -itamus *ra.G* 13 haec **q**(?) *B*(*S*). hoc **p.** nec **dea** *Murb.* **l***v*(*C*) | haec est sed **dea** *Murb.* **l***va.*(*B*)*S* 14 sint **E** 15 uos **dTq** *D.* nos *rv* 17 Aufidii (*add.* Bassi *e Plin. ep. III 5, 6*) *codd. recc. v.* aut fidei **dq.** aut fide *r. om.* **p** | pacta **l***va.C.* per acta (*i.e.* testamentum) *D* | sancitur **pl***v*(*Brot.*). -tum *D.* sanctitur **ea.** sectatur **dT.** sarcitur *H.* seruatur *coni.J* 18 alioquin **p** | statum **dea** | mandare heredi **dT** | ne quid **l***v.* neque *ll.* ne **p** 24 profeceris **l***v.* -rit *ll.* feceris **p** 25 attigi **d** *B.* -ici **aqpl***v.* ethici **e** fecerunt **qp***v.* ferunt *ll* | conferente **da** *Murb.* -te me **p**

auctores me deprehendisse a iuratissimis *ex* proximis veteres transcriptos ad verbum neque *n*ominatos, non illa Vergiliana virtute, ut certarent, non Tul*l*iana simplicitate, qui de re publica Platonis se comitem profitetur, in consolatione filiae Crantorem, inquit, sequor, item Panaetium de officiis, quae volumina ediscenda, non modo in manibus cotidie habenda, nosti. obnoxii profecto animi et infelicis 23 ingenii est deprehendi in furto malle quam mutuum reddere, cum praesertim sors fiat ex usura.

Inscriptionis apud Graecos mira felicitas: κηρίον 24 inscripsere, quod volebant intellegi favum, alii κέρας Ἀμαλθείας, quod copiae cornu, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum; iam ἴα, Μοῦσαι, πανδέκται, ἐγχειρίδια, λειμών, πίναξ, σχεδίων: inscriptiones, propter quas vadimonium deseri possit; at cum intraveris, di deaeque, quam nihil in medio invenies! nostri gr*av*iores Antiquitatium, Exemplorum Artiumque, facetissimi Lucubration*um*, puto quia *B*ibaculus erat et vocabatur. paulo minus asserit Varro in satiris

---

§§ 24—26: cfr. Gellius praef. 5—9.

---

1 ex *ego.* et *ll.v* 2 nominatos *v.* dom- *ll.* damna- **p.** 3 Tulliana *D.* tuliana **a**³ *ad marg.* cecil- *ll.* Ciceroniana *v* 6 ediscenda (*Rhen.*)*S.* eius disc- (edisc- *v*)*ll.v* 7 cottidie **a** 12 uelut **l***va.G* 13 spectare **eaql** | posses **p** | iam ἴα (*coni.H*) *Brot.* iamiam *ll.v.* iam **p**(*Rhen.*)*G.* ἰωνιά *S* | musae *B.* mos **eql** *Murb.v.* nos **dT.** uos **ap.** ἰασμός *Rhen.* Ἴαμοι *ORossbach* 14 enchiridialmon **p.** -asmon *va.B* | σχεδίων *S.* σχέδιον *H.* schedion **dTq.** chidion **el.** chyd- **a.** tidion **p.** (pinacidion *v*) | inscriptionis **ap***D* 15 possit **pl***v.* -is *ll* 16 inquam **d** 17 grauiores *ego.* grossiores **pl***J.* -ris **dea** *Murb.* crassiores *v.* *de mendo cfr. I ind. XI(90). XXIX 132. XXV 53 cum II 135. XI 229. XXVII 105 med. XXXIV 131. XXXVI 65 extr. 178* (*ubi* **B**² *ter*) | *dist. va.B* | antiquitatium **d.** -tum *rv* | artiumque quam *va.H* 18 lucubrationum *B*(*D*). -nem *ll.v*(*G*) | puto *del.*(*B*)*H* | quia *ll. Murb.***pl***S.* qui ait *codd. recc.v.* qui (*Rhen.*)*G.* ut qui ait *B.* ut qui *H* | Bibaculus *v*(*H*). ut bac- **ea** *Murb.***plz.** uiuac- **dTq***J.* Antias ciuis (*Rhen.*)*G* 19 eram **p***va.G* | uocabant **p.** -bar *va.G* | paulo minus *ll.H.* -lo nimis *B e codd.* pantomimus *v.* Valerius primus (*Rhen.*)*G* | asserit *ll.v*(*Brot.*). serio *H.* astruit *coni. Rhen.* | satyri sui **a** *Murb.*

25 suis *Sesculixe* et *Flextabula*. apud Graecos desiit nugari Diodorus et βιβλιοθήκης historiam suam inscripsit. Apion quidem grammaticus — hic quem Tiberius Caesar cymbalum mundi vocabat, *cum propriae* famae tympanum potius videri posset — immortalitate donari a se scripsit
26 ad quos aliqua componebat. me non paenitet nullum festiviorem excogitasse titulum et, ne in totum videar Graecos insectari, ex illis mox velim intellegi ping*endi fingend*ique conditoribus, quos in libellis his invenies absoluta opera et illa quoque, quae mirando non satiamur, pendenti titulo inscripsisse, ut APELLES FACIEBAT aut POLYCLITUS, tamquam inchoata semper arte et inperfecta, ut contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam velut emendaturo quicquid desideraretur, si non
27 esset interceptus. quare plenum verecundiae illud, quod omnia opera tamquam novissima inscripsere et tamquam singulis fato adempti. tria non amplius, ut opinor, absolute traduntur inscripta ILLE FECIT, quae suis locis reddam. quo apparuit summam artis securitatem auctori placuisse, et ob id magna invidia fuere omnia ea.

28 Ego plane meis adici posse multa confiteor, nec his solis, sed et omnibus quos edidi, ut obiter caveam istos Homeromastigas (ita enim verius dixerim), quoniam audio et Stoicos et dialecticos Epicureosque — nam de grammaticis semper expectavi — parturire adversus libellos, quos de

---

7 centro *om.* **R**^{1}. contra **F**^{1}**a** 9 lunae in tauro *D*^{2} *ex Beda; cfr. v. 21. om. ll. v* 12 moueri *ll. v.* -eri et minores **m** *D* | feruntur *ll. v.* -tur cum uero terrae appropinquauerint maiores esse et celerius ferri **m** *D. sed cfr. Welzhofer Beda p. 32. 33* 15 coartalia **R**^{1}**E**^{1}**a** | ad centrum **F**^{2} *in ras.* **dR**^{2}**E**^{2}**m***v*(*J*). decretum *r. om.* **p***S* 17 sublimitatum **Eap***va. S* 20 XVIIII **Ff***H cum B* (*D*^{2}). XXVIIII *rv*(*S*) 21 XXVII *H e Firmico.* XVII **Rd***S*. XVI *rv* 21 III *H e Firmico.* IIII *ll. v*(*S*)

66 Huic conexa latitudinum signiferi obliquitatisque causa
31 est. per hunc stellae quas diximus feruntur, nec aliud
sq. habitatur in terris quam quod illi subiacet, reliqua a
polis squalent. Veneris tantum stella excedit eum binis
partibus, quae causa intellegitur efficere ut quaedam animalia et in desertis mundi nascantur. luna quoque per
totam latitudinem eius vagatur, sed omnino non excedens
eum. ab his Mercurii stella laxissime, ut tamen e duodenis partibus — tot enim sunt latitudinis — non amplius
octonas pererret, neque has aequaliter, sed duas *in* medio
67 eius et supra quattuor, infra duas. sol deinde medio
fertur inter duas partes flexuoso draconum meatu inaequalis, Martis stella quattuor mediis, Iovis media et super
eam duabus, Saturni duabus ut sol. haec erit latitudinum
ratio ad austrum descendentium aut ad aquilonem subeuntium. hac constare et tertiam illam a terra subeuntium
in caelum, et pariter scandi eam quoque existimavere
plerique falso. qui ut coarguantur, aperienda est subtilitas
inmensa et omnes eas conplexa causas.

68 Convenit stellas in occasu vespertino proximas esse
terrae et altitudine et latitudine, exortusque matutinos in
initio cuiusque fieri, stationes in mediis latitudinum articulis, quae vocant ecliptica. perinde confessum est motum
augeri, quamdiu in vicino sint terrae; cum abscedant in
altitudinem, minui. quae ratio lunae maxime sublimitatibus
adprobatur. aeque non est dubium in exortibus matutinis
etiamnum augeri atque a stationibus primis tris superi-

§ 66. 67: (2—14) Beda n. r. 16. — § 68: (23—26) ib. 14.

2 dicimus **Fa** 6 et *om.* **p**. etiam **o** | mundi partibus **o** 8 eam **FRT***SJ* | et (*pro* ut) **F**^{1}**R**^{1} | e **FdE***v*. /// **R**. ē **ap** 9 latitudinis **pm***C*. -nes *ll*. -ne **d** 10 *sqq. rectius distributiva numeralia ponenda* | in *D*^{2} *ex Beda. om. ll. v* 13 medias **Eap***va.J* | media **m***J*. -iam *ll. v* 14 duabus **R**^{2}**m***D*. duas *rv* | duas **Ea***va.H* | ut sol *del. voluit Külb* 16 haec **Fa** 18 falso ut qui arguantur **F**^{1}**R**^{1} 21 et latitudine *om.* **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** | inimico **F**^{1}**a**. -cas **F**^{2} 25 latitudinē **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a**

ores deminuere *se* usque ad stationes secundas. quae 69
cum ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi, quoniam in eo primum habitu incipiat parcius adici motus, in stationibus vero primis et altitudinem subir*i*, quoniam tum primum incipiant detrahi numeri stellaeque retroire. cuius rei ratio privatim reddenda est. percussae in qua diximus parte et triangulo solis radio inhibentur rectum agere cursum et ignea vi levantur
in sublime. hoc non protinus intellegi potest visu nostro, 70
ideoque existimantur stare, unde et nomen accepit statio. progreditur deinde eiusdem radii violentia et retroire cogit vapore percussas. multo id magis in vespertino earum exortu, toto sole adverso cum in summas apsidas expelluntur minimaeque cernuntur, quoniam altissime absunt, et minimo feruntur motu, tanto minore, cum hoc in altissimis
apsidum evenit signis. ab exortu vespertino latitudo 71
descenditur parcius iam se minuente motu, non tamen ante stationes secundas augente, cum et altitudo descenditur, superveniente ab alio latere radio eademque vi rursus ad terras deprimente, qua sustulerat in caelum e priore triquetro. tantum interest, subeant radii an superveniant, multoque eadem magis in vespertino occasu accidunt. haec est superiorum stellarum ratio; difficilior reliquarum et a nullo ante nos reddita.

17. (14) Primum igitur dicatur, cur Veneris stella 72

§ 72 init.: cfr. MCap. VIII 882. (880.) 881. Cic. nat. deor. II 53.

1 deminuere se *ego*. -ere R^2*S*. dim- *rJ*. -nui p*v*(*D*) 2 sint *om.* F^{1}R^{1}a^1 3 abitu *G*. *om.* a | incipiatur R^2. -piant F^{2}d *va.S* 4 altitudine p*va.H* 5 subiri *D*. -re *ll.v* | incipiant dR^2*v*(*S*). -piat *rH* | numeri FdR*v*(*S*). -ris afz. -rus E(?)p*H* 12 uapore percussas dTm*D*. -por repercussas FRa^3*v*(*S*). -ssa p. -ssus Ea*Hack*. 13 auerso F^{2}fR^{1}Ea*H* 14 minimaeque m*J*. -meque (-quae FR) *rv* 15 minore m*B*. -res *ll.v*(*J*) | eum F^{1}a 19 solis radio m. *cfr.v.7.8* 20 qua m*D*. quę F^2*v*. *om.r* | sustulerat m*D*. -erit *ll.v* | e priore *om.* F^{1}R^1. re a. /// E^1 25 cur FfTE^2*H*. cum *r*. cum sint z*v* | ueneris F^2 *in ras.* fdTR^{2}E^{2}p*H*. uniuersae *r*. diuersae *v* | stellae E^{1}a. stellae cur ueneris stella (z)*va.H*

numquam longius XLVI partibus, Mercurii XX ab sole abscedant, saepe citra eas ad solem reciprocent. conversas habent utraeque apsidas ut infra solem sitae, tantumque circulis earum subter est quantum superne praedictarum, et ideo non possunt abesse amplius, quoniam curvatura apsidum ibi non habet longitudinem maiorem. ergo utrique simili ratione modum statuunt apsidum suarum margines, ac spatia longitudinis latitudinum evagatione pensant. at
73 enim cur non semper ad quadraginta sex et ad partes viginti perveniunt? immo vero, sed ratio canonicos fallit. namque apparet apsidas quoque earum moveri, quod numquam transeant solem. itaque cum in partem ipsam eius incidere margines alterutro latere, tum et stellae ad longissima sua intervalla pervenire intelleguntur. cum citra fuere margines, totidem partibus et ipsae ocius redire coguntur, cum sit illa semper utrique extremitas summa.

74 Hinc et ratio motuum conversa intellegitur. superiores enim celerrime feruntur in occasu vespertino, hae tardissime; illae a terra altissime absunt, cum tardissime moventur, hae, cum ocissime, quia, sicut in illis propinquitas centri adcelerat, ita in his extremitas circuli. illae ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hae vero augere; illae retro cursum agunt a statione matutina usque ad vespertinam, Veneris a vespertina usque ad
75 matutinam. incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere, altitudinem vero ac solem insequi a statione

1 XXXVI **FfRa**^{2} *in ras.* | XX *ll.v(S)*. XXIII *C cum anon. ap. B(D) coll. § 39.73* | a **dp***va.S* 2 ab **Fa** | reciproce sic **F**^{2}. -cae sint **z**. -cae sint. sic **f**. -cent. sic *SJ* 4 circulus **Ea** | subter (**z**?) *C cum anon. ap. B.* sub terra *ll.v(H)*. *de dictione cfr. XXXVI 94. 104. XI 133. XII 22. II 212. 214* 6 utrimque **R**^{2}. -raeque **p***va.H* 7 admodum **FRapfz***va.C* 10 uiginti **Fd Eapz***v(J)*. -ti tres **R**(?) *C(D)*. *cfr. § 72 init. 39* | canonicas **F**. -ca **E**^{2}**p***va.S* 12 nonnumquam *D* 15 *dist. D* 16 coguntur (-unt **R**^{1}) *ll.(P)D.* creduntur *v* 23 a (ad **F**) statione matutina **Fda***v*. ad -onem -nam *r* 26 et altitudinem uero **FRa**. subire *add. voluit U (ann. Heidelb. 1867 p. 213)*. uespertino autem descendere incipit. In occasu uero **m** | ad **F**^{1}**Ra** | stationem matutinam **Ra**

matutina, ocissima in occasu matutino et altissima, degredi
autem latitudine motumque minuere ab exortu vespertino,
retro quidem ire simulque altitudine degredi ab statione
vespertina, Mercurii rursus stella utroque modo scandere
ab exortu matutino, degredi vero latitudine a vespertino,
consecutoque sole ad quindecim partium intervallum
consistit quadriduo prope inmobilis. mox ab altitudine 76
descendit retroque graditur ab occasu vespertino usque
ad exortum matutinum, tantumque haec et luna totidem
diebus, quot subiere, descendunt. Veneris quindecies pluribus subit, rursus Saturni et Iovis duplicato degrediuntur,
Martis etiam quadruplicato. tanta est naturae varietas, sed
ratio evidens. nam quae in vaporem solis nituntur, etiam
descendunt aegre.

(15) Multa promi amplius circa haec possunt secreta 77
naturae legesque, quibus ipsa serviat, exempli gratia in Martis sidere, cuius est maxime inobservabilis cursus, numquam id stationem facere Iovis sidere triquetro, raro admodum LX partibus discreto, qui numerus sexangulas mundi efficit formas, nec exortus nisi in duobus signis tantum, cancri et leonis, simul edere, Mercurii vero sidus exortus vespertinos in piscibus raros facere, creberrimos in virgine, in libra matutinos, item matutinos in aquario, rarissimos in leone, retrogradum in tauro et geminis non fieri, in cancro vero non citra vicesimam quintam partem,
lunam bis coitum cum sole in nullo alio signo facere 78
quam geminis, non coire aliquando in sagittario tantum, novissimam vero primamque eadem die vel nocte nullo

---

§ 78: (152, 2—6) Beda n. r. 13.

---

1 hoc casu **R** 2 matutino (*pro* uespertino) **d**^{1}*va. H* 3 ab **R***S*. a **F**^{2}**p***v*. ad *r* | stationem uespertinam **Ead** 4 rursū **R**^{2} *e corr. S* | stellam **R**^{2} 5 uero *om.* **Ep** 6 interuallo **FRa** 10 quindecies (-cim *G*) et **F**^{2}**R**^{2}**p***va. H* 11 digrediuntur **ap***va. H* 21 edere (aed- **F**) *ll. v.* faciunt **m.** *an* facere? 22 in (*del.* **F**^{2}) exortus **FR**^{1}**Ea**. -tu **R**^{2} 22 celeberrimos **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 23 in libra *om.* **FRd**^{1}**E**^{1}**a** | matutinos (*post* item) *om.* **FRE**^{1}**ap** 24 et in geminis **dT***S*

alio in signo quam ariete conspici — id quoque paucis mortalium contigit, et inde fama cernendi Lynceo —, non conparere in caelo Saturni sidus et Martis, cum plurimum, diebus CLXX, Iovis XXXVI aut, cum minimum, denis detractis diebus, Veneris LXVIIII aut, cum minimum, LII, Mercuri XIII aut, cum plurimum, XVII.

79 **18.** (16) Colores ratio altitudinum temperat, siquidem earum similitudinem trahunt, in quarum aëra venere subeundo, tinguitque adpropinquantes utralibet alieni meatus circulus, frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, ventosus in horrorem, sol atque commissurae apsidum extremaeque orbitae atram in obscuritatem. suus quidem cuique color est: Saturno candidus, Iovi clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Vesperi refulgens, Mercurio radians, lunae blandus, soli, cum oritur, ardens, postea radians, his causis conexo visu et earum quae caelo con-
80 tinentur. namque modo multitudo conferta inest circa dimidios orbes lunae, placida nocte leniter inlustrante eas,
36 sq. modo raritas, ut fugisse miremur, plenilunio abscondente aut cum solis suprave dictarum radii visus praestrinxere nostros. et ipsa autem luna ingruentium solis radiorum haut dubie differentias sentit, hebetante cetero inflexos mundi convexitate eos praeterquam ubi recti angulorum conpetant ictus. itaque in quadrato solis dividua est, in

§ 79: (7—12) Beda n. r. 15[b]. — (12—15) ib. 15[a].

2 contigit **F**[2]**E**(?)**dT***v*(*D*). -ingit *r Dal. om.* **p** 5 diebus **mpF**[3]*v. cfr. Beda.* -bus omnia *ll. D* | LXIIII **R**[1]. LXXVIIII **m** 6 XIII **Edp***v*. XII **FRam.** *cfr. Beda* | XVII **REapm***v*(*D*). XVIII **FdT**(*Beda*)*H* 8 eorum **p** | quarum **F**[2] *in ras.* **Rd***v*. quaedam **Ea.** que iam **p** 9 tinguitque **F***S*. -gitque **d***v*. linquitque **a.** -iturque **p.** liquitque **RE** | alieni circuli meatus, circulus *Beda* 11 hororem **F**[1]. hono- **R**[1]**a.** *an* liuorem? 14 candens **R**[2]**p***v*. gaud- *r* 15. 16 postea (post *D*) radians **opd**[3]*v*. -tea diens **F**[1]. -tea dies *r* 20 p̄strinxere *CFW Müller p. 16.* pstr- *ll. v* 22 dubia **Eapz.** -iae **F**[1] | differentias **FR**[2]**d***v*. -tia es **a.** -tia *r.* -tiam **m.** *cfr. Rück 1 p. 77* | sentitur **z** | ceteros **FdTp.** -ra *va. H* | inflexus **Fp** 24 competunt **E**(?)**p***va. S* | dimidia 'est **p.** -dia nitet **m**

triquetro seminani ambitur orbe, inpletur autem in adverso, rursusque minuens easdem effigies paribus edit intervallis, simili ratione qua super solem tria sidera.

19. (17) Sol autem ipse quattuor differentias habet, 81 bis aequata nocte diei, vere et autumno, in centrum incidens terrae octavis in partibus arietis ac librae, bis permutatis spatiis, in auctum diei bruma, octava in parte capricorni, noctis vero solstitio, totidem in partibus cancri. inaequalitatis causa obliquitas *est* signiferi, cum pars aequa mundi super subterque terras omnibus fiat momentis. sed quae recta in exortu suo consurgunt signa longiore tractu tenent lucem; quae vero obliqua, ociore transeunt spatio.

20. (18) Latet plerosque magna caeli adsectatione 82 conpertum principibus doctrinae viris, superiorum trium siderum ignes esse qui decidui ad terras fulminum nomen habeant, sed maxime *Iovis* medio loco siti, fortassis quoniam contagium nimii umoris ex superiore circulo atque ardoris ex subiecto per hunc modum egerat, ideoque dictum Iovem fulmina iaculari. ergo ut e flagrante ligno carbo cum crepitu, sic a sidere caelestis ignis exspuitur praescita secum adferens, ne abdicata quidem sui parte in divinis cessante operibus. idque maxime turbato fit aëre, quia collectus umor abundantiam stimulat aut quia turbatur quodam ceu gravidi sideris partu.

21. (19) Intervalla quoque siderum a terra multi 83

§ 81: Beda tp. r. 30. — § 82: (20) cfr. Lyd. ost. 46 (p. 174^d). — § 83: Beda tp. r. 26. Censorin. d. nat. 13, 3. — Plut. plac. philos. II 31.

2 *an* minuens se? 3 supra *va. D* 5 aequata **F^{2}dR^2***v*. aequa *r* | uere **Eap***C*(*D*). uero **F^{1}R^1**. uerno **F^{2}R^{2}dT***v*(*S*) 9 obliquitas est *v*. -tate **Eap**. -ta **F^{1}R^1**. -tas *rS* (signiferi est *Beda*) 15 a principibus **F^{2}R^2**(**E**?)**op***v* 17 Iouis *ego*. is **F^1**. eis **R^{1}E^{1}a**. ex his (iis *v*) **opyd***rS*. ex his Iouis *D^2 Herm. XXXII p. 335* 19 motum **R^{2}dTy***S* | egerant **R^{2}op***S*. erat **F^1** 20 fulminare. Ergo **o** 22 ////dicata **F^1**. radi- **R^{1}ad**. reddita **p** 23 idque minimo **R^{1}E^{1}a**(**F^1**) 25 ceti i. celi **E^{1}a**. caeli **F^{1}R** | graui **R**. -uis **F^{1}adTp**

indagare temptarunt, et solem abesse a luna undeviginti partes quantam lunam ipsam a terra prodiderunt. Pythagoras vero, vir sagacis animi, a terra ad lunam CXXVI stadiorum esse collegit, ad solem ab ea duplum, inde ad duodecim signa triplicatum, in qua sententia et Gallus Sulpicius fuit noster.

84 **22.** (20) Sed Pythagoras interdum et musica ratione appellat tonum quantum absit a terra luna, ab ea ad Mercurium dimidium spatii et ab eo ad Veneris, a quo ad solem sescuplum, a sole ad Martem tonum [id est quantum ad lunam a terra], ab eo ad Iovem dimidium et ab eo ad Saturni, et inde sescuplum ad signiferum; ita septem tonis effici quam διὰ πασῶν ἁρμονίαν vocant, hoc est universitatem concentus; in ea Saturnum Dorio moveri p*h*thongo, Iovem Phrygio et in reliquis similia, iucunda magis quam necessaria subtilitate.

85 **23.** (21) Stadium XXV nostros efficit passus, hoc est pedes DCXXV. Posidonius non minus XL stadiorum a terra altitudinem esse, in quam nubila ac venti nubesque perveniant, inde purum liquidumque et inperturbatae lucis

§ 84: Censorin. d. nat. 13, 3. 4. — § 85 init.: cfr. Censorin. d. nat. 13, 2.

1 temptauerunt **do**. tent- *va.S* | duodeuiginti *coni. H coll. Plut. de plac. phil. 2,31* 2 quantam **FR**^{1}*J*. -tas **R**^{2}(*Beda*). -tum **opmr***v* 3 CXXVI **R**^{2}**E**(?)**dTyfz**(*Beda*)*C*. CXXV **opmr***v* 4 collegit **domy**^{1}(*Beda*)*v*(*D*). -lligit *ll.* **y**^{2}**ipfz***S* 6 noster fuit **y***va.S* 7 et **FfEamp**. ex **R**(?)**dz***v* 9 eius spatii **R**^{2}**d***S*. spatii eius *v*. spatii hoc est semitonium **m** | ueneris **FfRTz***S*. -rem **Eadp***v*. -rem tantundem **m***D*. -rem fere tantundem **E**^{3}*C* | qua (*pro* quo *sc.* sidere) **m**(*partim*)*va.S*(*D*) 10 sescuplum id est tria semitonia **m**. sesquiplum **FRfz***B* (*item infra*) 10.11 *uncos posui coll. Censorino* 12 ad *om.* **E**^{1}**a**. et **F**^{1}**R** | saturnum **E**^{2}**dm***va.S*(*D*). *add.* dimidium **R**^{2}**adE**^{3}*v*. tantundem spatii **m** | inde **R**^{2}**dmfzE**^{3}*v*. de eo **E**^{2}**e**. de *r* 13 tonos **R**(?)**p***va.S* | harmonian (arm- **R**) **FR**. -iam (arm- **am**) *rv* 14 contectus **F**^{1}**R**^{1}**a** 15 moueri mercurium **d**^{2}**p***va.H* | thongo **Fd**. to- **a**
17 hoc est pedes (passus **Ea**) DCXXV *del. U13* 18 non **E**(?)**op***v*(*D*). *om.* **yr***S* 19 quam **aopz***D*. qua **yr***v* 20 perueniant (-iunt **y**) *ll.* **yz***v*(*D*). proueniunt **p**. -iant *C* | lucidumque **y**

aëra, sed a turbido ad lunam viciens C milia stadiorum, inde ad solem quinquiens miliens, et spatio fieri, ut tam inmensa eius magnitudo non exurat terras. plures autem DCCCC in altitudinem nubes subire prodiderunt. inconperta haec et inextricabilia, sed prodenda, quia sunt prodita, in quis tamen una ratio geometricae collectionis numquam fallacis possit non repudiari, si cui libeat altius ista persequi, nec ut mensura — id enim velle paene dementis otii est —, sed ut tantum aestimatio coniectanti constet animo. nam cum CCCLX et fere sex partibus 86
orbis solis ex circuitu eius patere appareat circulum, per quem meat, semperque dimetiens tertiam partem ambitus et tertiae paulo minus septimam colligat, apparet dempta eius dimidia, quoniam terra centralis interveniat, sextam fere partem huius inmensi spatii, quod circa terram circuli solaris animo conprehenditur, inesse altitudinis spatio, lunae vero duodecimam, quoniam tanto breviore quam sol ambitu currit. ita fieri eam in medio solis ac terrae. miror 87
quo procedat inprobitas cordis humani parvolo aliquo invitata successu, sicut in supra dictis occasionem inpudentiae ratio largitur. ausique divinare solis ad terram spatia eadem ad caelum agunt, quoniam sit medius sol, ut protinus mundi quoque ipsius mensura veniat in digitos. quantas enim dimetiens habeat septimas, tantas habere circulum duoetvicesimas, tamquam plane a perpendiculo mensura caeli constet. Aegyptia ratio, quam Petosiris 88

---

1 aera **FfRTa***S*. -rem **Ed**(?)**op***v*. -re **y** | centum (*pro* centena) *ll.v* 2 eo (*pro* et) **d**(?)**pF**³*va.S*(*D*) 3 autem nubes *va.Brot.*(*S*) 4 DCCC **R**²**y**. nongentis **opE**(?)*v*. *add.* mil. **y**. passus **F**²**R**². stadiis **E**²**op***va.S* 5 sed **F**² *in ras.* **ydT***S*. sunt **Ea**. stam **R**¹. sunt tam **op**. sed tam **R**²*v*. *an* sed iam? | quia **R**²**Ed***S*. qua **R**¹**a**. quae **F**² *in ras.* **y**. quam **op***v*. *cfr. XXX 137. XI 273* 6 in quis *ll.v*. initis **y**. nimis **i**. quamuis (*om.* tamen) **p** 9 coniectandi **F**²*G* 10 partibus *om.* **FRd**¹**T**. *huc transpos.* patere circulum per quem meat *P*, circulum — meat *D* 15 quod — 16 spatio *om.* **E**¹ 16 spatio **R**²**E**²*v*. -tii *r* 17 quanto **F**² 18 ferri eam **E**(?)*va.S* | in **p***v*(*D*). *om.ll.S* | miror **Eaopz**. mir//// **F**¹. -rū **F**²**R**(?)**d** *v* 23 ad (*pro* in) **R**(?)*v* 25 *an* a *delendum?*

et Nechepsos ostendere, singulas partes in lunari circulo,
44 ut dictum est, minimo XXXIII stadiis paulo amplius patere colligit, in Saturni amplissimo duplum, in solis, quem
35 medium esse diximus, utriusque mensurae dimidium. quae computatio plurimum habet pudoris, quoniam ad Saturni circulum addito signiferi ipsius intervallo nec numerabilis multiplicatio efficitur.

89 **24.** (22) Restant pauca de mundo. namque et in ipso caelo stellae repente nascuntur. plura earum genera. **25.** cometas Graeci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo et comarum modo in vertice hispidas. iidem pogonias quibus inferiore ex parte in speciem barbae longae promittitur iuba. acontiae iaculi modo vibrantur, ocissimo significatu. haec fuit, de qua quinto consulatu suo Titus Imperator Caesar praeclaro carmine perscripsit, ad hunc diem novissima visa. easdem breviores et in mucronem fastigatas xiphias vocavere, quae sunt omnium pallidissimae et quodam gladii nitore ac sine ullis radiis, quos et disceus, nomini similis, colore autem electro,
90 raros e margine emittit. pitheus doliorum cernitur figura, in concavo fumidae lucis. ceratias cornus speciem habet,

---

§ 89: Beda n. r. 24. — Aristot. meteor. I 7 p. 344^a, 23. Lyd. ost. 10 p. 26, 2—9. — § 90: Sen. NQ I 14, 1. Lyd. ost. 10 p. 26, 9—27, 2. epimetr. de cometis ap. Lyd. ost. p. 163 Wachsm.^{1}. Lyd. ost. 10 p. 27, 6—10. — (157, 8—10) Beda n. r. 24.

---

1 nec ipsos **a**. Necepsos *va.S* 2 stadiis **Eap***v*. -io **F**^{1}**R**. -ios **F**^{2}. -iorum **d** 6 signiferi circulo ipsius **a** | nec numerabilis (muner- **F**) **FdRa***v*(*S*). nec innum- **p**. innum- **E**(?)*C* 11 uertice **Eaop***v*(*D*). -cem *rS* | iidem **E***v*(*J*). hid- **p**. id- *rS* 12 quibus **F**^{2}**d***v*(*J*). cuius *rS* 13 promitur **opz** 14 ocissime **RdTz**. -mę **F**. *dist. va. J. an* atrocissimo? *cfr. XVIII 354* 15 carminū **Fa** 16 nouissime **R**^{2}**d**(?)*v*. -ssi **E**^{1} 17 mucronem **d***v*. -ne *r* | fatigatas **F**^{1}**R**^{1}**Eao** | xiphias **F**^{2}**E**^{2}**o***v*. xithias **R**^{2}. xitias *r* 19 gladiis **R**^{1}**a**. *om.* **p** | et *om.* **p***va.S* | disceus **dT***C*. -caeus **F**^{2}**E**^{2}. diceus **a**. -caeus *r*. chryseus *v* | nomini **R**^{1}**E**^{1}**a**. *cfr. XXXII 154*. -ne **FdT**. suo nomini (-ne **R**^{2}) **E**^{2}**R**^{2}*C*. specie no- *D*. auro nomine *v* | similes **R**^{1}**a**. -li **dT** 20 rarus **Fd**^{1} | e **R**^{2}**d**^{1}*v*. i **o**. *om.* *r* | margines **Eaopd**^{2} 21 humidae **a**. tum- *Gesner e Manilio I 839, sed cfr. Lyd.*

qualis fuit cum Graecia apud Salamina depugnavit. lampadias ardentes imitatur faces, hippeus equinas iubas, celerrimi motus atque in orbem circa se euntes. fit et candidus Διὸς cometes, argenteo crine ita refulgens, ut vix contueri liceat, specieque humana dei effigiem in se ostendens. fiunt et hirci, villorum specie et nube aliqua circumdati. semel adhuc iubae effigies mutata in hastam est, Olympiade CVIII, urbis anno CCCCVIII. brevissimum quo cernerentur spatium VII dierum adnotatum est, longissimum *C*LXXX.

(23) Moventur autem aliae errantium modo, aliae 91
inmobiles haerent, omnes ferme sub ipso septentrione aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida, quae lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit et simul plures cerni, nemini conpertum alteri, quod equidem sciam, ventos autem ab iis graves aestusve significari. fiunt et hibernis mensibus et in austrino polo, sed ibi citra ullum iubar. diraque conperta Aethiopum et Aegypti populis cui nomen aevi eius rex dedit Typhon, ignea specie ac spirae modo intorta, visu quoque torvo, nec stella verius quam quidam igneus nodus. sparguntur aliquando et 92

§ 91: Beda n. r. 24. — Aristot. meteor. I 6 p. 343^a, 35. 7 p. 345^a, 9. Sen. NQ VII 6, 1. 11, 1. 21, 1. Lyd. ost. 10 p. 28, 7. 27, 12sqq. — Aristot. meteor. I 6 p. 343^a, 25. Sen. NQ VII 28, 1. — 92: Beda n. r. 24. — Aristot. meteor. I 6 p. 343^b, 9sqq. Lyd. ost. 10 p. 28, 8. — cfr. Cic. nat. deor. II 14. Lucan. I 529. Sen. NQ VII 17, 2. 21, 3. Tac. ann. XIV 22. Suet. Claud. 46, Nero 36. Lyd. ost. 10 p. 28, 10.

1 salaminā **F^2fopz** | lampadias **F^2d***G*. -pias **R^2** *in marg.* -padas *r*. -des **op***v* 3 orbē **Fdpa^3***v*. -be **o***r* | euntis **Fao** *va.C(S)* 4 dios *ego coll. Lydo p. 163. om. ll.v* 5 humanae *D* | diei **F^1ap**. faciei *D* 6 hirci **Ffz***C*. hyrci **a**. hirti *rv(G)*. οἱ λεγόμενοι τράγοι *Lydus* | iuba (*pro* nube) **p***va.H* 8 CV **R^2**. CVIIII **E**(?)*H e coni.* | CCCCVIII *S cum Cagnatio obs. var. 4, 8.* CCCXCVIII *ll.v* 9 octo *Beda* 10 CLXXX *H cum Mureto ad Senec. NQ V 21.* LXXX *ll.v. add.* stad. **y** 11 alii . . alii *va.S* 16 his *ll.S* | aestusque **E**(?)**op***va.S* 19 typhon *C*. tipho **E**. thipon **F**. -pog **R^1**. typon **R^2***v*. -po **ap** 20 que (*pro* quoque) **dTp**

errantibus stellis ceterisque crines. sed cometes numquam in occasura parte caeli est, terrificum magna ex parte sidus atque non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule iterumque Pompei et Caesaris bello, in nostro vero aevo circa veneficium, quo Claudius Caesar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius adsiduum prope ac saevum. referre arbitrantur, in quas partes sese iaculetur aut cuius stellae vires accipiat quasque simili-
93 tudines reddat et quibus in locis emicet: tibiarum specie musicae arti portendere, obscenis autem moribus in verendis partibus signorum, ingeniis et eruditioni, si triquetram figuram quadratamve paribus angulis ad aliquos perennium stellarum situs edat; venena fundere in capite septentrionalis austrinaeve serpentis.

Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus Divo Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis, quos faciebat Veneri Genetrici non multo post obitum patris Caesaris in collegio
94 ab eo instituto. namque his verbis in .... gaudium prodit is: Ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione caeli sub septemtrionibus est conspectum. id oriebatur circa undecimam horam diei clarumque et omnibus e terris conspicuum fuit. eo sidere significari

§ 93: (15) Obseq. 67. — § 94: Suet. Caes. 88. Serv. ad Verg. ecl. 9, 47. cfr. Peter hist. Rom. fragm. p. 253. — (159, 7—9) Sen. NQ VII 19, 2. 22, 1. 23, 3.

3 aeque **F**^{1}**RE**^{1}**a**. ac *va.S* | leniter **E**(?)**z** 5 beneficium **F**^{1}**Ra**^{1}**op** 8 aut — 9 tibiarum *om.***E**^{1} 8 uires **F**^{2}**R**^{2}*v*. uirus *r* 9 remicet **F**^{1}. renitet **a** 11 ingenii **Eap***va.B* | eruditioni si **Fd***B*. -nis *rv* | triquetram **Fd***v*. -tramque *r* 13 edat **F**^{1}**d** **R**^{1}*D*. (situ) sedeat **a**. edant *rv* 15 urbis **F**^{1}**Ra** | templo Caesaris *D*^{2} 16 iudicatus — 18 multo *om.***F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 18 multum **o** 19 in gaudium *om.***o**. in — prodit is *om.***p** | in *ll.S.* id **F**^{2}*v*. *lac. ego indicavi; exciderunt fere* uitae suae memoria (*vel* commentariis) 20 prodidit **F**^{2}*v* | is **Ro**. his **Fd**. iis *r*(?)*v*. *dist. ego* | meorum **Eop***v*. eo- *r* 21 caeli quae sub **R**^{2}**E**(?)*v* 23 et *om.***p**. ex **a**. et ab **o** | e **FfR**^{2}*H*. *om.rv*

vulgus credidit Caesaris animam inter deorum inmortalium numina receptam, quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecravimus, adiectum est. haec ille in publicum; interiore gaudio sibi illum natum seque in eo nasci interpretatus est. et, si verum fatemur, salutare id terris fuit.

Sunt qui et haec sidera perpetua esse credant suoque ambitu ire, sed non nisi relicta ab sole cerni; alii vero qui nasci umore fortuito et ignea vi ideoque solvi.

26. (24) Idem **Hipparchus** numquam satis laudatus, 95
ut quo nemo magis adprobaverit cognationem cum homine 75
siderum animasque nostras partem esse caeli, novam stellam et aliam in aevo suo genitam deprehendit eiusque motu, qua fulsit, ad dubitationem est adductus, anne hoc saepius fieret moverenturque et eae, quas putamus adfixas, ideoque ausus rem etiam deo inprobam, adnumerare posteris stellas ac sidera ad nomen expungere organis excogitatis, per quae singularum loca atque magnitudines signaret, ut facile discerni posset ex eo non modo an obirent ac nascerentur, sed an omnino aliquae transirent moverenturque, item an crescerent minuerenturque, caelo in hereditate cunctis relicto, si quisquam, qui cretionem eam caperet, inventus esset.

(25) Emicant et faces, non nisi cum decidunt visae, 96

§ 96: Lyd. ost. 10 p. 28, 11—16. 29, 1—3. cfr. Sen. NQ I 1, 5. 3. — (160, 7—10) Lyd. ost. 10 p. 29, 3—5. Sen. NQ I 1, 5. VII 4, 3. 5, 2. I 14, 1. Aristot. meteor. I 5 p. 342^a, 35.

3 insigne **Rd***v*. -ni *r* 6 si **R**^{2}**E**^{2}**d***G*. *om*. *r*. ut **opz***v* | fateamur **opz***va*.*G* 7 credunt **y** | suo quoque **o** 8 ad **y**. a **opi***va*.*H* 9 fortuito **Rd**. -tu **oy***r* | ignea ui **F**^{2}**Rd***v*. -ne //// **F**^{1}**E**. -ne **aopz** 13 uel aliam **F**^{2}. *del*. *D ut dittogr*. | uiusque **R**^{1}. hu- **R**^{2}*S* | motū **FEa** 14 qua die **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2}*v* | est **Rp***v*. *om*.*r* 15 heę **R**^{2}. hae **p**. e **F**^{1}**a**. *om*.**R**^{1} | ideo **a**. idemque *va*.*S* 17 ad (ac **F**) sidera ac *ll* | normam expangere *va*.*H* 19 ac *del*.**F**^{2}. *om*.**R**(?)**p***va*.*D* 20 nascerenturue **F***G*. -rque **R**^{2}*e corr*.*v*(*S*). *om*.**p** | aliqua **E**(?)**p***va*.*S* | mouerenturque **R**^{2}*e corr*.*S*. -rue *r*.*v*. -erent **p** 21 item — minuerenturque *om*.**FR**^{1}**E**^{1}**ap** | hereditatem **Tp** 22 rationem **d**^{2}*in ras*.**p***va*.*H* 24 et non **FEao**. *an* set non?

qualis Germanico Caesare gladiatorum spectaculum edente praeter ora populi meridiano transcucurrit. duo genera earum. lampadas vocant plane faces, alterum bolidas, quale Mutinensibus malis visum est. distant quod faces vestigia longa faciunt priore ardente parte, bolis vero perpetua ardens longiorem trahit limitem.

(26) Emicant et trabes simili modo, quas δοκοὺς vocant, qualis cum Lacedaemonii classe victi imperium Graeciae amisere. fit et caeli ipsius hiatus, quod vocant
97 chasma, **27.** (27) fit et sanguinea species et, quo nihil terribilius mortalium timori est, incendium ad terras cadens inde, sicut Olympiadis CVII anno tertio, cum rex Philippus Graeciam quateret. atque ego haec *s*tatis temporibus naturae *vi*, ut cetera, arbitror existere, non, ut plerique, variis de causis, quas ingeniorum acumen excogitat, quippe ingentium malorum fuere praenuntia; sed ea accidisse non quia haec facta sunt arbitror, verum haec ideo facta quia incasura erant illa, raritate autem occultam eorum esse rationem ideoque non, sicut exortus supra dictos defectusque et multa alia, nosci.

98 **28.** (28) Cernuntur et stellae cum sole totis diebus, plerumque et circa solis orbem ceu spiceae coronae et versicolores circuli, qualiter Augusto Caesare in prima iuventa urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens

§ 97: Lyd. ost. 10 p. 29, 7—9. — (16—18) cfr. Sen. NQ II 32, 2. I 1, 4. — § 98: Lyd. ost. 10 p. 29, 9—14. — Sen. NQ I 2, 1. Vellei. II 59, 6. Suet. Aug. 95. Dio Cass. XLV 17, 5. 4, 4. Obseq. 67. — Aristot. meteor. III 2 p. 371^b, 23. Sen. NQ I 2, 10. — Lyd. ost. 10 p. 29, 14 sqq. — Plut. Caes. 69. Dio Cass. XLV 17, 5.

1 gladiatorem **R**^{1}. -rium **p** 2 horam **FRadT**. | transcurrit **aov** *a. H. cfr. § 100.* -siuerit **p** 3 eorum **op** | lampades **dpv** *a. S* | planetę **F**^{2} 7 docui **R**^{1}. -chus **dT**. -chos **p**. decos **y**. docos **a**^{1}**v** *a. H* 8 quales **aopv** *a. G* 9 quem **aoyzv** *a. C* q////// **F**^{1} 10 casma **R**^{1}**ap**. -sina **o** | species et **dy** *G*. -cies **F**^{2}**a**^{3}. -ciae **F**^{1}. -cie **rv** *(H)*. -cie et *D* | nichil et **R** 12 cui in mac (= CVII umae) **FR** 13 statis *G.* fatis *ll.* ratis **ozv** (*cfr. Rück 3 p. 236*). tantis **p** 14 ui *ego. om. ll. v. cfr. § 191 init.* 20 alia *om.* **FR**^{1}**E**^{1}**a** | nasci **op** 22 spice **Ra**. specie **pv** *a. H*

capessendum. **29.** existunt eaedem coronae circa lunam et circa nobilia astra caeloque inhaerentia. (29) circa solem arcus adparuit L. Opimio Q. Fabio cos., orbis C. Porcio M'. Acilio, circulus rubri coloris L. Iulio P. Rutilio cos.

30. (30) Fiunt prodigiosi et longiores solis defectus, qualis occiso dictatore Caesare et Antoniano bello totius paene anni pallore continuo. **31.** (31) et rursus soles 99
plures simul cernuntur, nec supra ipsum nec infra, sed ex obliquo, numquam iuxta nec contra terram nec noctu, sed aut oriente aut occidente. semel et meridie conspecti in Bosporo produntur, qui ab matutino tempore duraverunt in occasum. trinos soles et antiqui saepius videre, sicut Sp. Postumio Q. Mucio et Q. Marcio M. Porcio et M. Antonio P. Dolabella et M. Lepido L. Planco cos., et nostra aetas vidit Divo Claudio principe, consulatu eius Cornelio Orfito collega. plures quam tres simul visi ad hoc aevi numquam produntur.

32. (32) Lunae quoque trinae, ut Cn. Domitio C. Fannio consulibus, apparuere.

33. (33) Quod plerique appellaverunt soles nocturnos, 100
lumen de caelo noctu visum est C. Caecilio Cn. Papirio consulibus et saepe alias, ut diei species nocte luceret.

§ 99: Aristot. meteor. III 2 p. 372ᵃ, 10. Sen. NQ I 11, 2. Lyd. ost. 4 p. 14ᵃ. — Liv. XLI 21, 12. Obseq. 67. 69. 30. — Lyd. ost. 4 p. 14ᶜ. — § 100: Obs. 45. — Lyd. ost. 4 p. 14ᶜ. — Lyd. ost. 6 p. 22ᵃ. — extr.: cfr. Verg. geo. I 365.

2 caelo quoque **E**(?)**o***va. H* 3 cos. *om.* **FRaT***S* 4 C. *H cum Pigh. ann. 3, 104. cfr. § 147.* L. *ll. v(D)* | M. **Ra***va. H* 9 se sed **F**¹**dR**¹**ao***va. B* 10 ex *om.* **F**¹**Rao** 11 et in meridie **o***va. G* 12 a **p***va. S* | durauerant **FRa** 13 et **FdRaopz***S. om.* **E**(?)**y***v(D)* 14 Q. *om.* **Ea** | mucio *G.* minucio **T***v.* -utio *ll.* m. **y** | Q. *om.* **Ea**. quae **F** | Marcio M. *v.* mario (-rco **F**) martio **FR**. marco marcio *r. om.* **py** 17 quam tres simul **f***S.* quam simul tres **FRaT**. simul quam tres **dE**(?)**p***v* 19 C. Fannio *G.* gai filio annio (-ni **a**. *om.* **p**) *ll.* C. F. L. Annio *v* 20. 21 *dist. J.*
21 quos **p***va. S* | appellauere **op** 22 nocte **a** 23 noctu **R**(?)**p***va. S*

34. (34) Clipeus ardens ab occasu ad ortum scintillans transcucurrit solis occasu L. Valerio C. Mario consulibus.

35. (35) Scintillam *visam* e stella cadere et augeri terrae adpropinquantem ac, postquam lunae magnitudine facta sit, inluxisse ceu nubilo die, dein, cum in caelum se reciperet, lampadem factam semel umquam proditur Cn. Octavio C. Scribonio consulibus. vidit id Silanus proconsul cum comitatu suo.

36. (36) Fieri videntur et discursus stellarum numquam temere, ut non ex ea parte truces venti cooriantur.

101 **37.** (37) Existunt stellae et in mari terrisque. vidi nocturnis militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea; et antemnis navigantium aliisque navium partibus ceu vocali quodam sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mutantes, graves, cum solitariae venere, mergentesque navigia et, si in carinae ima deciderint, exurentes, geminae autem salutares et prosperi cursus nuntiae, quarum adventu fugari diram illam ac minacem appellatamque Helenam ferunt et ob id Polluci ac Castori id numen adsignant eosque in mari invocant. hominum quoque capita vespertinis magno praesagio circumfulgent. omnia incerta ratione et in naturae maiestate abdita.

---

§ 101: Lyd. ost. 5 p. 18[a–c]. cfr. Sen. NQ I 14. 13. (Lucian. navig. 9).

---

2 transcurrit **aopy** *va. Brot. cfr. § 96* 4 uisam *ego. om. ll. v.* δόξας *Lydus* | e/// **F**[2]. et **RaT** 5 at (*lac. ante indicata*) *D* | in lunae **opz** *va. G* | magnitudinem **F**[1]**Raop** *va. G* 6 inluxisset **FR**[1]**a** | caelo (*om.* in) **o** 7 recipere **F**[1]**R**[1] 8 hoc **d**(?) *va. S* | lianus **Eao**. ////anus **F**[1]. lucinius **p**. Licinius Syllanus *va. H* 13 ex his (iis *v*) tunc **F**[1]**Eaopz** *va. G* | procellae **op** *va. G* 14 fulgorem **FRd** *G*. -gurum **Eapz** *v*(*D*) 15 effigie eas *D*. -gies. eae *va. G*. -gies **z** 16 ceu *ll. v. an* cū? 19 prospere **a** | cuius **F**[1]**R**[1]**a** | praenuntiae **R**(?) *va. J*(*D*). *cfr. XVIII 357* 21 accusatori **F**[1]**Ea**. et castori **R**[2] *e corr.* **p** *va. D* | id numen **F**[2]**d** *v*(*J*). id nomen *rS*. is nomina *coni. D*[2] *Herm. XXXII p. 336* 22 in mari deos **R**[2]**E**[2]*v*. deos in mari **d** | uespertinis horis **E**[2]**d**[2] *va S*(*D*) 23 haec sunt (*om.* i) omnia et alia **y** 24 natura **y**

38. (38) Hactenus de mundo ipso sideribusque: 102
nunc reliqua caeli memorabilia. namque et hoc caelum
appellavere maiores quod alio nomine aëra, omne quod
inani simile vitalem hunc spiritum fundit. infra lunam
haec sedes multoque inferior, ut animadverto propemodum
constare, infinitum ex superiore natura aëris, infinitum
terreni halitus miscens utraque sorte confunditur. hinc
nubila, tonitrua et alia fulmina, hinc grandines, pruinae,
imbres, procellae, turbines, hinc plurima mortalium mala
et rerum naturae pugna secum. terrena in caelum ten- 103
dentia deprimit siderum vis eademque quae sponte non
subeant ad se trahit. decidunt imbres, nebulae subeunt,
siccantur amnes, ruunt grandines. torrent radii et terram
in medium undique inpellunt, iidem infracti resiliunt et
quae potuere auferunt secum. vapor ex alto cadit rursus-
que in altum redit. venti ingruunt inanes iidemque cum
rapina remeant. tot animalium haustus spiritum e sublimi
trahit, at ille contra nititur, tellusque ut inani caelo
spiritum fundit. sic ultro citro commeante natura ut 104
tormento aliquo mundi celeritate discordia accenditur.
nec stare pugnae licet, sed adsidue rapta convolvitur et
circa terram inmenso rerum causas globo ostendit, subinde
per nubes caelum aliud obtexens. ventorum hoc regnum.
itaque praecipua eorum natura ibi et ferme reliquas com-
plexa eas causas, quoniam tonitruum et fulminum iactus

§ 102: (3. 4) Beda n. r. 25. — cfr. Aristot. de mundo II p. 392[b], 5.

3 aere **F**[1]. -rē **F**[2]. aethera **p** 5 hec (ec *in ras.*) **ao**. hoc **p**. huic *D*[2] | animo aduerto **F** 6 infinitum uidetur **F**[2] | aetheris *D*[2]. *cfr.* § *48* | infinitum et **R**[2]**d** *G*. *om.* **p**. et *v* 6 terrenis alitus **FEap** 8 et tonitrua **R**[2]*S* 12 subeunt **E**(?)*G* | trahunt **p***va.* *H* 14 medium **Ep***v*. -iv̄ **F**[2] *in ras.* -io m **Ra**. -io **dT**. -io mundi *D* 15 rursusque **Fdao**. -sumque *rv* 16 in inane *D*[2] 19 infundit **op***va.* *S* | ultra citra **op**. -tro citroque *H* 20 accendatur **Eaop***va.* *C* 22 causas *ll.* *v*(*H*). quasi *B* | globostendit **FRa**. -bo tendit *B* 23 aliud **R**[2]**d***v*. -um *r.* *om.* **p**. *an* atrum? 24. 25 complexa eas *ego. cfr.* § *67 extr.* -xa a se **d**[2]**oz***S*. -xas a se **Eap**. -xa se **FR**[1]. -xasse **R**[2]. -xa **d**[1]*v*. -xa aeri
25 et tonitruum **E**[2]*v* | ictus **o**

horum violentiae plerique adsignant, quin et ideo lapidibus pluere interim, quia vento sint rapti, et multa similiter. quam ob rem simul plura dicenda sunt.

105 **39.** (39) Tempestatum *imbri*umque quasdam statas esse causas, quasdam vero fortuitas aut adhuc rationis inconpertae, manifestum est. quis enim aestates et hiemes quaeque in temporibus annua vice intelleguntur siderum motu fieri dubitet? ergo ut solis natura temperando intellegitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est *c*uiusque vis et ad suam cuique naturam fertilis. alia sunt in liquorem soluti umoris fecunda, alia concreti in pruinas aut coacti in nives aut glaciati in grandines, alia flatus, teporis alia *a*ut vaporis, alia roris, alia rigoris. nec vero haec tanta debent existimari, quanta cernuntur, cum esse eorum nullum minus luna tam inmensae alti-
106 tudinis ratio declaret. igitur in suo quaeque motu naturam suam exercent, quod manifestum Saturni maxime transitus imbribus faciunt. nec meantium modo siderum haec vis est, sed multorum etiam adhaerentium caelo, quotiens errantium accessu inpulsa aut coniectu radiorum exstimulata sunt, qualiter in suculis sentimus accidere, quas Graeci ob id pluvio nomine appellant. quin et sua sponte quaedam statisque temporibus, ut haedorum exortus.

§ 105: (11—13) Beda n. r. 11. — § 106: Beda n. r. 11. — (21—24) Lyd. ost. 7 p. 26^a. cfr. Plin. XVIII 247. Tiro ap. Gell. XIII 9, 4. Cic. nat. deor. II 111. schol. Germ. p. 75, 7 sqq. Serv. geo. I 138. Aen. I 744 (Isid. or. III 70, 12). Ov. fast. V 166. Ampel. 3, 2.

3 plura simul **Ea** *va.S* 4 imbriumque *ego. cfr. § 108 init. 111 init.* rerumque *ll.v.* siderumque *CFW Müller p. 16* | statutas **F**^{2}**aopyz** (*item infra v. 23*) 8 ergo ut solis **Eaop** *v.* ut (et ut **R**) solis (-lus **R**^{1}) ergo **FfRd** *H* 10 cuiusque *ego.* quibusque *ll.v. de mendo cfr. p. 156, 12* 11 concreta **F**^{1}**R**^{1}**ad** 13 flatu **dT** | teporis **F**^{2}**Ra** (*Beda*) *v.* temp- **F**^{1}**dTpy**. alia tep- **E** (?) *C* | aut *ego* (*et dist.*). ut **FE**^{1}**a**. autem **F**^{3}. *om. rv* | frigoris **y** (*Beda*). *om.* **p** 20 coniecta i. collecta **a**. contactu *D*^{2} 22 numus (*pro* nomine) **y**. *add.* hyadas *Beda* **E**^{3} *va.S* (*D*). ὕαδας **F**^{3} *in marg. de suppresso nomine cfr. § 8. III 151. VI 187. Müller de stilo p. 90*

arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

40. (40) Nam caniculae exortu accendi solis vapores 107
quis ignorat? cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur: fervent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, moventur stagna. orygem appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius contra stare et contueri tradit ac velut adorare, cum sternuerit. canes quidem toto eo spatio maxime in rabiem agi non est dubium.

41. (41) Quin partibus quoque signorum quorundam 108
sua vis inest, ut autumnali aequinoctio brumaeque, cum tempestatibus confici sidus intellegimus, nec imbribus tantum tempestatibusque, sed multis et corporum et ruris experimentis. adflantur alii sidere, alii commoventur statis temporibus alvo, nervis, capite, mente. olea et populus alba et salices solstitio folia circumagunt. floret ipso brumali die suspensi in tectis arentis herba pulei. rum- 109
puntur intentae spiritu membranae. miretur hoc qui non observet cotidiano experimento, herbam unam, quae vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper omnibusque

§ 107: Lyd. ost. 7 p. 26[a]. — Aelian. nat. anim. VII 8 init. — Plin. VIII 152. — § 108: cfr. Plin. XVIII 266. 267. 227. Varro r. r. I 46. Cic. de div. II 33. Aristot. probl. 20, 21. Lyd. ost. 7 p. 26[b]. — § 109: Lyd. ost. 7 p. 26[bc]. — Cic. de div. II 33. Augustin. civ. dei V 6. — Plin. XVIII 252. — Lucil. ap. Gell. XX 8, 4. Hor. sat. IV 30. Plin. II 221. XXXII 59. IX 18. 96. XXIX 59. — Aelian. nat. an. II 56. Antig. hist. mir. 124 (136). — Plin. XI 109.

1 non sine ferme **FRa**. cum *Beda* 2 mergit **FRa**. surgit *Beda* 4 ignoret **o** 6 origem **F**[2]**Ra** *va. C*. -ien **F**[1]. -igam **y** | terram **F**[1]**R**[1]**E**[1]**a** 7 ortu **y** 8 adorari **R**[1]. orare **y** 9 agit **FRd**. mittit **y** | nulli dubium est **opz** 10 quin **F**[2] *in ras.* **d** *G(D)*. qui in **RE**. quin in **ao***v(S)*. cum in **p** 11 autumnali **dp***v*. -lis *r* | brumaque **E**[3] *va. D* 13 ruris **F**[2] *in ras.* **E**[2]*v*. ruscis **RE**[1]**a** 14 estatis **dT**. aest- **R**. statutis **aop** 15 uernis **R** 16 floret **E**(?)*v*. -res *r* | ipsorum alii die (dies **F**[1]**R**) **F**[1]**Ra** 17 suspensa **E**(?)*va. S(J)* | herbe **Taop** | pulegi **ap***va. S* | rumpuntur — membranae *del. vult D*[2] 18 intente *vel* nitente **d**[2]**op**. intento **d**[1]**T** 19 observat **Eaop**

horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. iam quidem lunari potestate ostrearum conchyliorumque et concharum omnium corpora augeri ac rursus minui, quin et soricum fibras respondere numero lunae exquisivere diligentiores, minimumque animal, formicam, sentire vires sideris inter-
110 lunio semper cessantem. quo turpior homini inscitia est fatenti praecipue iumentorum quorundam in oculis morbos cum luna increscere ac minui. patrocinatur vastitas rei, inmensa discreta altitudine in duo atque septuaginta signa, hoc est rerum aut animantium effigies, in quas digessere caelum periti. in iis quidem MDC adnotavere stellas, insignes scilicet effectu visuve, exempli gratia in cauda tauri septem quas appellavere vergilias, in fronte suculas, booten, quae sequitur septem triones.

111 **42.** (42) Extra has causas non negaverim exsistere imbres ventosque, quoniam umidam a terra, alias vero propter vaporem fumidam exhalari caliginem certum est nubesque liquore egresso in sublime aut ex aëre coacto in liquorem gigni. densitas earum corpusque haut dubio coniectatur argumento, cum solem obumbrent, perspicuum alias etiam urinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.

112 **43.** (43) Igitur non eam infitias posse in has et ignes superne stellarum decidere, quales sereno saepe

§ 110: cfr. Plin. XI 149. — § 111: cfr. Sen. NQ II 12, 4. Aristot. meteor. I 9 p. 346^b, 24. 30sqq. — (18) Beda n. r. 32. — § 112: cfr. Sen. NQ II 12, 3. 17. 19. 16. Cic. de div. II 44.

1 obumbrantes **F**^{1}**y**. -ari **op** | Iam **F**^{2}**ydp***v*. Nam *r* | quidem **FRy***v*. -dam *r* 3 augere **F**^{1}**R**^{1}**d** | *dist. D* 4 numero **F**^{2}**E**(?) **y***v*(*J*). in nu- *rS* | exquisiere **ay** 5 siderum **y** 7 fallenti **F**^{1}**R**^{1}**Eap** 8 rei **F**^{2}**doz***J*^{2} (*puncto posito*). serei **F**^{1}**Rp**. seriei **Eea**. caeli *v* 9 altitudine, discreta *P* | ac **y** 10 hoc **R**^{2}**E**^{2}**dy***D*. hec **op**. hae *v. om. rJ*^{2} | est **y***D*. sunt *ll. v*(*J*^{2}) 11 quidem **Rp***C*. -dam *rv*(*D*) | M *om.* **y** 12 uidelicet **op***va. S. om.* **y** 14 quae (*sc.* stella) **FEdp***v*(*D*). quae *vel* quē **o**. que **RaTy**. qui *C. cfr. Rück 2 p. 301* | secuntur **o***D* 16 humida terra **Ry** 17 fumi quandam **i**. -idam quandam *Rück 2 p. 302* | exalari **FRap**. -re (exha- *v*) **y***va. H* 19 dubie (= iae) **F**^{1}**ap** | coniectatur **F**^{2} *in ras.* **R**^{2}*v*. -tus **y**. -ectur **R**^{1}**d**^{1}. -ecturę **d**^{2}**Eap** 22 et in has et **F**^{1}**REap**(**o**)

cernimus, quorum ictu concuti aëra verum est, quando et tela vibrata stridunt, cum vero in nubem perveniunt, vaporem dissonum gigni, ut candente ferro in aquam demerso, et fumidum verticem volvi. hinc nasci procellas et, si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi; si erumpat ardens, fulmina; si longiore tractu nitatur, fulgetras. his findi nubem, illis perrumpi, et esse tonitrua inpactorum ignium plagas, ideoque protinus coruscare igneas nubium rimas. posse et repulsu siderum depressum qui a terra 113
meaverit spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum, dum rixetur, edito fragore, cum erumpat, ut in membrana spiritu intenta. posse et attritu, dum praeceps feratur, illum, quisquis est, spiritum accendi. posse et conflictu nubium elidi, ut duorum lapidum, scintillantibus fulgetris. sed haec omnia esse fortuita. hinc bruta fulmina et vana, ut quae nullam habeant rationem naturae. his percuti montes, his maria, omnesque alios inritos iactus. illa vero fatidica ex alto statisque de causis et ex suis venire sideribus.

(44) Simili modo ventos vel potius flatus posse et 114

---

§ 113: (7. 11) Beda n. r. 28. Sen. NQ II 20, 2. 27. 28. 30. 22. — Cic. de div. II 44. 45. — § 114: (168, 4) Beda n. r. 26. — Aristot. meteor. I 13 p. 349^a, 17; de mundo 4 p. 394^b, 7 sqq. Cic. de div. II 44. Vitr. I 6, 2. Sen. NQ V 1, 3. 13, 4. — Theophr. de vent. 11. 12 sqq. (Aristot. de mundo 4 p. 394^b, 15. Theophr. l. l. 23. Sen. dial. III 17, 4. Isid. n. r. 37, 5). — Beda n. r. 27 extr. Isid. or. XIII 11, 18. Serv. Aen. VII 27. — Theophr. l. l. 53. 26. Aristot. de mundo 4 p. 394^b, 14; probl. 26, 5.

---

1 verū ē (v *et* ū ē *in ras.*) **F**^{2}. *an* certum est? 3 aequa **F**. equora **a**. aqua **F**^{3} 4 fumidam ceruicem **Eaop** 5 edi si **F**^{2}**dE***v*. disi **F**^{1}**a**. ////// **R**^{1}. dis **R**^{2}. di **op** 6 rumpat **Rop**. aer- **F**. -pant **a** | fulgetra **F**^{2}**E**(?)**o***va.S.* -ta **F**^{1}. -trum **p**. -gidas **a** 7 his et (ef **a**) **F**^{1}**Ra***S* | fundi **F**^{1}**Rao** 9 ad terram **dT** 10 nube cohibitum *om.* **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** | naturae **F** 11 sonitum **o***v*. -tu *ll* | dum erumpat **o** 12 ut *om.* **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** | in *om.* **dT** 13 in praeceps **R**(?)*va.D. cfr.* § *115 med.* 14 conflictū **FdRa** | et (*pro* ut) **FR**^{1}**E**^{1}**a** 16 bruta multa **R**^{2}*S* | nullā habeant rationē **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**adT**. nulla ueniant ratione **op***rv*. *eadem add. praem.* aut **dT**. *cfr.* § *116 extr. XVII 236* 20 ex (et ex *G*) **F**^{3}**y** *va.S*

arido siccoque anhelitu terrae gigni non negaverim, posse et aquis aëra exspirantibus, qui neque in nebulam densetur nec crassescat in nubes, posse et solis inpulsu agi, quoniam ventus haut aliud intellegatur quam fluctus aëris, pluribusque etiam modis. namque et e fluminibus ac nivibus et e mari videmus, *et* quidem tranquillo, et alios, quos vocant altanos, e terra consurgere. qui, cum e mari redeunt, tropaei vocantur, si pergunt, apogei.

115 **44.** Montium vero flexus crebrique vertices et conflexa cubito aut confracta in umeros iuga, concavi vallium sinus, scindentes inaequalitate ideo resultantem aëra — quae causa etiam voces multis in locis reciprocas facit —, sine fine ventos generant. **45.** iam quidem et specus, qualis in Dalmatia ore vasto, praeceps hiatu, in quem deiecto levi pondere quamvis tranquillo die turbini similis emicat procella; nomen loco est Senta. quin et in Cyrenaica provincia rupes quaedam austro traditur sacra, quam profanum sit attrectari hominis manu, confestim austro volvente harenas. in domibus etiam multis madefacta

§ 115: Theophr. l. l. 26. Sen. NQ V 7, 1. 14, 1. — (16—19) Mela I 39.

1 ex **F**^{3} 2 aere **F**^{2}**dy**. *om.* **F**^{1} 3 nubibus **E**^{2} *in ras.* **op** | posse et **R**^{2}**E**(?)**a**^{3}*v*. -sset *r*. -sse **d**^{2}**op** 4 haud **F**^{2}**Eao***S*. aut *r*. *om.* **dT**. nihil **y**. non *v* | intellegitur **y***G* | flatus **opz** 5 niuibus *ll.v*(*J*). riui- **p**. nubi- **oy***S* ſinibus *Constantinus ap. Dal.* -nubus *H. cfr. Theophr. de vent. § 11. 12* διὰ τὴν τῆς χιόνος τῆξιν 6 et quidem *G*. aequ- **F**^{1}**R**. equ- *r Verc.* qu- **y**. etiam *v* 7 e **F**^{2}**R**^{2} **E**(?)**opy***v*(*D*). et *r*. et e **dT***S* 8 apogaei **Fa**. epo- **y** 9 conplexa **d**. -xu **Ty**. -xi **z** 10 ſubito **Faopyz***va.B* | aut confracta **E**(?)**y***v*(*D*). autem fra- **a**. aut (au **F**^{1}) fra- *rS*. anfractu **z** | innumeros **R**^{2}**Ty**. -sa **z** 11 scindentes — ideo *om.* **o** | inaequalitate **dTR**^{2}**y***H*. -iter *v*. aequalitate *r*. -tem **p** | in **p**. inde *va.H* 13 *dist.S* 13 quidem **py***H*. -daem **i**. -dam *ll.v*(*Brot.*) | et *ll.H. om.* **y** *Dal.* etiam **o***v* 14 dalmatia **E**^{1}**d**^{2}**y**. -tiae **E**^{2}**aop** *v*(*D*). delmatia **F**^{2}**R**^{1}**dT***S*. -tiae *r* | ore — hiatu *om.* **y** | ora **E**^{2}**op** *va.S*(*D*) | uasto **F**^{2}**E**^{2}**dT***r*. uosto **R**^{2}. uisto *r*. iusto **op** | in praeceps **R**(?)**E**^{2}*va.S* | hyatus **a** 16 senita **y**. secuta **i**. Senia *coni. B e III 140* 18 adtrectare **R**^{3}. contrectari **a** 19 rapinas **E**^{2} | et **p** | multis **dR**^{2}**E**(?)**p***v*(*D*). -to **F**^{1}**R**^{1}**a**. -ta **F**^{2}**f***S* | madefacta **FR**^{1}**a***S*. manu facta *rv*(*J*)

inclusa opacitate conceptacula auras suas habent. adeo causa non deest.

(45) Sed plurimum interest, flatus sit an ventus. 116 illos statos atque perspirantes, quos non tractus aliquis, verum terrae sentiunt, qui non aura, non procella, sed, mares appellatione quoque ipsa, venti sunt, sive adsiduo mundi *mo*tu et contrario siderum occursu nascuntur, sive hic est ille generabilis rerum naturae spiritus huc illuc tamquam in utero aliquo vagus, sive disparili errantium siderum ictu radiorumque multiformi iactu flagellatus aër, sive a suis sideribus exeunt his propioribus sive ab illis caelo adfixis cadunt, palam est illos quoque legem habere naturae non ignotam, etiamsi nondum percognitam.

46. viginti amplius auctores Graeci veteres prodidere de his 117 observationes. quo magis miror orbe discordi et in regna, hoc est in membra, diviso tot viris curae fuisse tam ardua inventu, inter bella praesertim et infida hospitia, piratis etiam, omnium mortalium hostibus, transitu*ro*s fam*a* terrentibus, ut hodie quaedam in suo quisque tractu ex eorum commentariis, qui numquam eo accessere, verius noscat quam indigenarum scientia, nunc vero pace tam festa, tam gaudente proventu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci nova inquisitione, immo ne veterum quidem inventa perdisci. non erant maiora praemia, in 118 multos dispersa fortunae magnitudine, et ista plures sine

---

1 incluso F^1a | receptacula R^2 | auras F^2R^2p*v*. -res *r* 4 status a*va.B* 5. 6 sed maris d^2R^2a. maris sed p*va.H* 6 qui siue y*va.H*. q̄ siue d. quae siue op 7 non di F^1. non (et non a) de R^1a | motu *ego*. incitu FRE^2op*v*(*S*). -to E^1a. -tatu dT*H*. -tato y | et e y. ex p 8 generalis RTpy | illucque Faop*va.G* 9 disp... (*reliquis abscisis*) R^2. -perili F^1. -persus p. sperili E^1a. -le R^1 12 cadant FREp. *om.* a 13 habere naturae FdRa*v*(*S*). nat- hab- E(?)p*G*(*J*) 15 ue (*pro* orbe) F^1Ra 16 diuisa F^1ap. -sae R^1d^2 *in ras.* | uires F^1Ra 18 hospitibus F^1RE^1a | transituros *ego*. transitus *ll.v.* *de dictione cfr. VIII 3. XI 103. XXXVI 4* | fama *ego*. -mae p. -me *ll.v.* ferme *C cum Sabellico* 19 terrentibus p. tene- *ll.v.* *cfr. XXV 57* 21 agnoscat a. noscant *S cum vet. Dal.* 22 rerum *ll.v.* *an* litterarum?

praemio alio quam posteros iuvandi eruerunt. namque mores hominum senuere, non fructus, et inmensa multitudo aperto, quo*d*cumque est, mari hospitalique litorum omnium adpulsu navigat, sed lucri, non scientiae, gratia. nec reputat caeca mens et tantum avaritiae intenta id ipsum scientia posse tutius fieri. quapropter scrupulosius, quam instituto fortassis conveniat operi, tractabo ventos, tot milia navigantium cernens.

119 **47.** (46) Veteres quattuor omnino servavere per totidem mundi partes — ideo nec Homerus plures nominat — hebeti, ut mox iudicatum est, ratione; secuta aetas octo addidit nimis subtili atque concisa. proximis inter utramque media placuit, ad brevem ex numerosa additis quattuor. sunt ergo bini in quattuor caeli partibus, ab oriente aequinoctiali subsolanus, ab oriente brumali vulturnus. illum apelioten, hunc Graeci eurum appellant. a meridie auster et ab occasu brumali Africus; notum et Liba nominant. ab occasu aequinoctiali favonius, ab occasu solstitiali corus; zephyrum et argesten vocant. a septentrionibus septentrio, interque eum et exortum

120 solstitialem aquilo, aparctias et boreas dicti. numerosior

§ 119: Homer. ε 295. — § 119. 120: Aristot. de mundo 4 p. 394^b, 19 sqq.; meteor. II 6 p. 363^b, 11 sqq. Agathem. 2 (GGm II p. 472). Varro ap. Sen. NQ V 16, 3—6. Vitr. I 6, 4. 10. Gell. II 22, 16. Veget. r. mil. IV 38. Ampel. 5. Beda n. r. 27. Isid. n. r. 37; or. XIII 11, 2. 3. — § 120: (171, 9 sqq.) Sen. NQ V 17, 5. Gell. II 22, 19. Aristot. meteor. II 6 p. 363^b, 24. 25. Theophr. de vent. 62. Strabo I p. 28. Beda n. r. 27. Isid. n. r. 37, 5.

1 erurunt F^1. erunt R^1E^1a. er.... R^2 *marg. absc.* eruerent p | namque E^2d^2p*v*. iamque z. que *r*. *om.* d^1*H* 2 et d*v*. set R^1. sed *rD*. 3 quodcumque *v*. quoc- F^2 *in ras.* dE^2pz. quec- *r* 6 quapropter F^2 *in ras.* d*v*. quaep- R^2. quaepro R^1E^1a. quae E^2. quo p 11 hebeti ut R^2E(?)*G*. -tius *rB*. -ti *v* 12 ad quae R^1. et *va.S* | concisa do*B*. consc- F^1R. -issa *rv* 13 utraque F^2do*va.C* | ex F^2d*G*. ad R^2. in *r. om.* op*v* | numerosam E^1. -rum op*va.G* 16 apelioten Ed*v*. aphe- p. -then *r* 17 notum o*D*. -thum FdE. -thus ap. -ton R(?)*v* (*item infra*) 19 corus E*v*. cho- *r* 21 aparctias *v*. -rtias dR^2. -rteas R^1. -rcias F^2a. -rceas Eop

ratio quattuor his interiecerat, thra*s*cian media regione inter septentrionem et occasum solstitialem, itemque caecian media inter aquilonem et exortum aequinoctialem ab ortu solstitiali, Phoenica media regione inter ortum brumalem et meridiem, item inter Liba et notum conpositum ex utroque medium inter meridiem et hibernum occidentem Libonotum. nec finis. alii quippe mesen nomine etiamnum addidere inter borean et caecian, et inter eurum notumque euronotum. sunt e*tia*m quidam peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus sciron, paulo ab argeste deflexus, reliquae Graeciae ignotus. aliubi *f*latus idem Olympias vocatur. consuetudo omnibus his nominibus 121
argesten intellegit. caecian aliqui vocant Hellespontian, et eosdem alii aliter. item in Narbonensi provincia clarissimus ventorum est circius nec ullo *omnium* violentia inferior, Ostiam plerumque *s*ecto Ligustico mari perferens. idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus est, sed ne Viennam quidem eiusdem provinciae urbem attingens: paucis ante milibus iugi modici occursu tantus ille

§ 121: Beda n. r. 27. — cfr. Plin. XVII 21. Gell. II 22, 28. 29. Strabo IV p. 182. — cfr. Theophr. de vent. 8. 61. 5.

1 thrascian *C*. thrac- **F**. tra- **RE**. -iā **a**. trasceam *v* 2 caecian *S*. -iam *B*. caician **R**^{2}**E**^{2}. calc- **Fd**. canc- *r*. caetiam *v* 3 inter — 4 media *om.* **a** 4 phoenica **R**^{2}**E***v*(*D*). poen- **FR**^{1}. pen- **p**. pęnicam **d**. phoeniciam *C ex Arist.* -cian *G*(*S*). -cean *Dal.* -cem *H* (item *praem. S ex* **R**^{2}) 7 libonotum **R**^{2}*D*. -ton (*P*)*L*. libanotum **R**^{1}. -ton *v*. -na/// totum **d**. et liba et notum *r* 8 caecian et **E***v*. calcian et **F**^{2}**R**^{2}. *om. r* 9 et nothum (-ton *v*) **p** *v a. S* 9 etiam *v*. etiam alii *Beda*. enim *ll. D. om.* **o** 10 *an* quibusdam gentibus? *cfr. § 153 init.* 11 paulo *ll. v*(*S*). -lum (*Beda*) *C* 12 reliquae *om.* **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** | flatus *D. cfr. § 116.* elatus **d**^{2} (us *in ras.*) **Ea**. del- **p**. elator **F**^{1}**R**^{1}. -tior **F**^{2}**R**^{2}*v* 14 intellegit *ego.* -gi et *ll. S.* -git et **a**^{3}*v* | hellespontian **F**^{2}*C*(*S*). -iam **dTE***H*. -ia *r*. -ium *G*. -ion *v* 15 alibi **Ea** *v a. S* | idem *SJ errore* 16 ulli *v a. H* | omnium (oīū) *ego.* in *ll. S. om.* **E**(?)*v* 17 ſecto *ego.* recto *ll. v*(*J*). -te *C*. -ta *Bas.* | *dist. v a. G* 18 est *del. G*(*S*) 20 milibus **R**^{2}*S*. -litibus **FR**^{1}**a**. limitibus (**dE**?)**op***v* | occursu **Ropz***v*. -sus *r* | tantos **Fa**

ventorum coercitus! et austros in Aegyptum penetrare negat
Fabianus. quo fit manifesta lex naturae, ventis etiam
et tempore et fine dicto.
122 (47) Ver ergo aperit navigantibus maria, cuius in
principio favonii hibernum molliunt caelum sole aquarii XXV
obtinente partem. is dies sextus Februarias ante idus.
conpetit ferme et hoc omnibus, quos deinde ponam, per
singulas intercalationes uno die anticipantibus rursusque
lustro sequenti ordinem servantibus. favonium quidam
a. d. VIII kalendas Marti*as* chelidonian vocant ab hirundinis
visu, nonnulli vero ornithian, uno et LXX die post bru-
mam ab adventu avium flantem per dies VIIII. favonio
123 contrarius est quem subsolanum appellavimus. dat aestatem
exortus vergiliarum in totidem partibus tauri VI diebus
ante Maias idus, quod tempus austrinum est, huic vento
septentrione contrario. ardentissimo autem aestatis tem-
pore exoritur caniculae sidus sole primam partem leonis
ingrediente, qui dies XV ante Augustas kalendas est.
huius exortum diebus VIII ferme aquilones antecedunt,
124 quos prodromos appellant. post biduum autem exortus
iidem aquilones constantius perflant diebus XL. quos

§ 122: cfr. Plin. XVIII 337. — (8. 9) Colum. XI 2, 21. Plin. XVIII 222. 223. — § 123: Beda tp. r. 35. Colum. XI 2, 39. — Beda n. r. 11 extr. — (20) Theophr. l. l. 11. Colum. l. l. 51. — § 124: cfr. Plin. XVIII 335. Colum. l. l. 56. Aristot. meteor. II 5 p. 361^b, 35 sqq. Apoll. Rhod. II 526. Gell. II 22, 25. 31.

1 uentus *J cum vet. Dal.* | coercitus $\mathbf{E}^2$(**z**?) *G* (*S*). *praem.* est *v.* circius **FRdop**. arcius $\mathbf{E}^1$. cyrci' $\mathbf{a}^2$ (cyrc *in ras.*). coercetur *H cum vet. Dal.* (*D*) | austro **FRa** | aegypto **FRd** 7 et hoc et (ex **a**) **Fad** 8 rursusque $\mathbf{R}^2\mathbf{E}^2$**d** *S.* -sum **p**. -sumque *v. om.* **r** 10 VII *va. H e Colum.* | martias *ego.* marc. **F**. -tii **r** *v* 11 orinthian **Ea**. -itiam **p** *va. B* 12 ab aduentu auium *post* ornithian *transpos. D cum U 18* | VIII **y**. VII **i** 13 data (-tus **z** *v*) est autem (huic *add. v*) **Eadyz** *va. S.* est autem **p**. *an* inchoat aestatem? 14 VII *Beda* 15 magias $\mathbf{E}^2$. -gi **r**. Mai *S* 18 dies $\mathbf{F}^2$**dpy** *v.* die $\mathbf{R}^2$. diu et **r** | augusti **dy** *va. G* 21 aquilones $\mathbf{R}^2$ *v.* -n/// $\mathbf{R}^1$. -nem **y**. -nibus **r** | perflant $\mathbf{R}^2\mathbf{d}^2$**p** *v* (*S*). -nc $\mathbf{R}^1$. -ns $\mathbf{F}^2\mathbf{d}^1$**Ty**. -nos $\mathbf{F}^1$**Ea**. -nt his **z** *H* | XL **dTy** *v.* triginta $\mathbf{R}^2$**p** *S. om.* **r** *H*

etesias appellant. mollire eos creditur solis vapor geminatus
ardore sideris, nec ulli ventorum magis stati sunt. post
eos rursus austri frequentes usque ad sidus arcturi, quod
exoritur XI diebus ante aequinoctium autumni. cum hoc
corus incipit. corus autumnat; huic est contrarius vul-
turnus. post id aequinoctium diebus fere IIII et XL 125
vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III
idus Novembres incidere consuevit; hoc est aquilonis
hiberni multumque aestivo illi dissimilis, cuius ex adverso
est Africus. ante brumam autem VII diebus totidemque
post eam sternitur mare alcyonum feturae, unde nomen
*i*i dies traxere. reliquum tempus hiemat. nec tamen
saevitia tempestatum concludit mare. piratae primum
coegere mortis periculo in mortem ruere et hiberna
experiri maria; nunc idem avaritia cogit.

(48) Ventorum frigidissimi sunt quos a septentrione 126
diximus spirare et vicinus *i*is corus. hi et reliquos 119
conpescunt et nubes abigunt. umidi Africus et praecipue
auster Italiae. narrant et in Ponto caecian in se trahere
nubes. sicci corus et vulturnus, praeterquam desinentes.
nivales aquilo et septentrio. grandines septentrio inportat
et corus. aestuosus auster, tepidi vulturnus et favonius.
iidem subsolano sicciores, et in totum omnes a septentrione

---

§ 125: (7. 8) Beda tp. r. 35. — cfr. Plin. XVIII 231. X 90. — (12—15) cfr. Sen. NQ V 6, 18. — § 126: (19) Aristot. meteor. II 6 p. 364^b, 13; probl. 26, 1. 29. Theophr. de vent. 37. Gell. II 22, 24. Apul. de mundo 14.

---

1 molliri eos (eis *C*) **y** *C cum Sabellico* 5 autumnat **R**^{2}**E**^{2}**y** *v*. -ni. At **d**. -natur **p**. -ni *r* 6 ferme **y** 7 VII *Beda* 9 illis **R**^{2}**y** 10 est et **FRa** | africus **Eap***v*. -cus et **FRdy***S* 11 postea **FEdpy***va.S. cfr. § 183 extr.* | alcionum **y**. alchi- **p**. alti- **FRai**. halcy- **Ed**(?)*va.S* 12 ii *v*. i **Fa**. hi **E**^{2}**p***G. om.* **y***rS* 13 cludit **d**^{1}**T***H* 15 idem *ll.v*(*S*). -em hoc *G*(*J*) 16 uentorum *G*. -ti etiam **FRE**^{1}**ap***S*. -ti **o**. -torum etiam (et **T**) **E**^{2}**dT***v*(*D*) 17 et **R**^{2}**E**^{2}**y***G. om.rv* | chorus (-ros **F**^{1}) **FRa**^{2}**oy** (*fere semper*) | et *om.* **y** 18 auster. affricus **o** 19 caician **R**^{2}. calc- **F**. cec- **R**^{1}**a**. cerran **p**. *cfr. p. 171, 2* | ense **ap** 21 grandine **F**^{1}**R**^{1}**a** 22 ei (*pro* et) **F**^{1}**R**. hei **a** | trepidit **a**. -dat **F**^{1}. -ped//// **R**^{1} . 23 a *om.* **y**. & **p**

127 et occidente sicciores quam a meridie et oriente. saluberrimus autem omnium aquilo, noxius auster et magis siccus, fortassis quia umidus frigidior est. minus esurire eo spirante creduntur animantes. etesiae noctu desinunt fere et a tertia diei oriuntur. in Hispania et Asia ab oriente flatus est eorum, in Ponto ab aquilone, reliquis in partibus a meridie. spirant autem et a bruma, cum vocantur ornithiae, sed leniores et paucis diebus. permutant et duo naturam cum situ: auster Africae serenus, aquilo
128 nubilus. omnes venti vicibus suis spirant, maiore ex parte autem ut contrarius desinenti incipiat. cum proximi cadentibus surgunt, a laevo latere in dextrum ut sol ambiunt. de ratione eorum menstrua quarta maxime luna decernit. isdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus, ut noctu plerumque adversa vela concurrant. austro maiores fluctus eduntur quam aquilone, quoniam ille inferus ex imo mari spirat, hic summo.
129 ideoque post austros noxii praecipue terrae motus. noctu auster, interdiu aquilo vehementior, et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. septentriones inpari fere desinunt numero, quae observatio et in aliis multis

§ 127: cfr. Cels. II 1 (p. 28, 12 Dar.). Aristot. probl. 26, 50. Theophr. l. l. 57. 58. — (4) Aristot. meteor. II 5 p. 362a, 1. Sen. NQ V 11, 1. — Posid. ap. Strab. III p. 144. Polyb. IV 44, 6. V 5, 3. — (9. 10) Aristot. l. l. p. 362a, 23 et 358b, 2. Theophr. l. l. 4. 7. Sen. NQ V 18, 2. — § 128: Aristot. probl. 26, 31. Theophr. l. l. 52 sqq. — (13) Verg. geo. I 432. — § 129: cfr. Theophr. l. l. 5. — (20) Macrob. in som. Scip. I 6, 1. II 2, 17. Plin. XXVIII 23. — (175, 2) Aristot. meteor. II 5 p. 361b, 14 (8 p. 366a, 17); probl. 25, 4. Theophr. l. l. 15 sqq. 18. 31. Sen. NQ V 8, 2. 3. — (5) cfr. Aristot. probl. 26, 6. 7.

1 quam a **da**^{3}**y** *G*. quam *rv* 4 flare **d**^{2}**pz** 5 hora oriuntur **E**^{2}**p***va.S*(*J*). ori- hora **d**^{2} 9 ut cum **R**^{2} | situ **R**(?)*v*. sit *r* 11 autem ut *ego*. autem **y**. aut ut (uter **p**) *ll.v*. ita ut *D* | proxime **F**^{2}**pz***va.G*. -mi/// **a**. -mis **F**^{3}. maxime **y** 12 surgant **a**. -gat **z***C* | in dexteram **y**. *om.***a** 16 austro — 17 spirat *om.***F**^{1} 17 inferus *ego*. -rius **aTfopy** -rnus **i***rv*. *cfr.§ 138. 139. 189 med.* | maris **dop***va.S*

rerum naturae partibus valet; mares itaque existimantur inpares numeri. sol et auget et conprimit flatus: auget exoriens, occidens, conprimit meridianus aestivis temporibus. itaque medio diei aut noctis plerumque sopiuntur, quia aut nimio frigore aut aestu solvuntur. et imbribus venti sopiuntur. exspectantur autem maxime unde nubes discussae
adaperuere caelum. omnium quidem — si libeat observare 130
minimos ambitus — redire easdem vices quadriennio exacto E u d o x u s putat, non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. et est principium lustri eius semper intercalario anno caniculae ortu. de generalibus ventis haec.

48. (49) Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante 131
terra, ut dictum est, coorti rursusque deiecti, interim 111
obducta nubium cute, multiformes exsistunt. vagi quippe
et ruentes torrentium modo, ut aliquis placere ostendimus, 112
tonitrua et fulgura edunt. maiore vero inlati pondere incursuque, si late siccam rupere nubem, procellam gignunt, quae vocatur a Graecis ecnephias; sin vero depresso sinu artius rotati effregerunt, sine igni, hoc est sine fulmine, verticem faciunt, qui typhon vocatur, id est vibratus ecne-

---

§ 131: (18—21) Aristot. meteor. III 1 p. 370^b, 28. 371^b, 2. Sen. NQ V 12. Apul. de mundo 15. Lyd. ost. 44 p. 170^b.

---

2 impares **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2}**dTp***v*(*S*). -ri *r G* | numeri **Fd**^{1}**T***v*(*J*). -res **R**^{1}. -ris **R**^{2}*S*. -ro **Ead**^{2}**p** *G*. *cfr. XXVIII 23* | flatus — 3 conprimit *om.* **F**^{1} 3 occidensque **E**(?)**opy***va.S*(*D*) | meridianis **F**^{1}**R**^{1}**ap**. -nis et **oz** (*punctum pos. D*) 4 die **F**^{1}**Ra** | iam **y** | in noctis **F**^{1}**Eay** | quia — 6 sopiuntur *om.* **a** | quia aut **F**^{2}**d***v*(*D*). qui aut *r Dal.* quia et **o**. quia **p**. *de* **y** *parum liquet* 5 et estu **E**^{1}**o** 5. 6 uenti sopiuntur *om.* **opfz** 7 adaperuere **E**^{2}**dop***v*. -pparere **y**. aperuere **F**^{2}. appar- *r* 9 eudoxos **d**. -xonos **F**. -xius **o**. -xinus **a**. -ximus **E**^{1}. edoxus **y**. teod- **E**^{2} 11 intercalari **d**(?)*va. S* | caniculae **E**(?)**opy***v*(*D*). -lare **FR**. -lari **adT***S* 14 interim — 15 cuti *om.* **a** | interim *ll. v*(*G*). iterum **p**. in terram *C cum anon. ap. B*(*D*) 15 nubium **R**^{2}*v*. niui- **E**^{2}**p**. nimi- *r* | cuti **F**^{1}**RE**^{1}(**a**)*S*. ferie **p** 18 ruperint **op***va. H*. rumpere nuper **e** (nuper **F**^{2}. nuber **F**^{1}) **FRa** 19 si **F**^{2} *in ras.* 20 effigerunt **F**^{1}**Ea**. effregerint **p***va. S*. effug- **o** | igne **R**^{2}(?)**d**^{2}**op***v*

132 phias. defert hic secum aliquid abruptum e nube gelida, convolvens versansque et ruinam suam illo pondere adgravans ac locum ex loco mutans rapida vertigine, praecipua navigantium pestis, non antemnas modo, verum ipsa navigia contorta frangens, tenui remedio aceti in advenientem effusi, cui frigidissima est natura. idem inlisu ipso repercussus correpta secum in caelum refert
133 sorbetque in excelsum. (50) quod si maiore depressae nubis eruperit specu, sed minus lato quam procella, nec sine fragore, turbinem vocant, proxima quaeque prosternentem. idem ardentior accensusque, dum furit, prester vocatur, amburens contacta pariter et proterens. **49.** non fit autem aquilonius typhon, nec nivalis aut nive iacente ecnephias. quod si simul rupit nubem exarsitque et ignem habuit,
134 non postea concepit, fulmen est. distat a prestere quo flamma ab igni. hic late funditur flatu, illud conglobatur impetu. vertex autem remeando distat a turbine et quo stridor a fragore, procella latitudine ab utroque, disiecta nube verius quam rupta. fit et caligo beluae similis *in* nube, dira navigantibus. vocatur et columna, cum spissatus

§ 133: Lucret. VI 300 sqq. Sen. NQ V 13, 3. Aristot. meteor. III 1 p. 371^b, 4. (Apul. de mundo 15). Lyd. ost. 44 p. 170^b. — § 134: cfr. Plut. plac. phil. III 3 p. 893^f. — Cic. de div. II 49. — Lucret. VI 426 sqq. Olympiod. ad Aristot. meteor. III p. 86 Idel.

1 abreptum **o** *va. G.* arre- **p** | gelida **Edopa**^{3}*v.* -di *r.* calidi *D* 2 que — ponde *om.* **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 3 ad **FR**^{1}**ao.** et *va. S* | mutat **op** 5 ante (*pro* ipsa) **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 7 ipso *ll. v(S).* -se **R** (?) *L(J)* | arrepta **op** 8 maiores **Ead**^{2}**p** 9 nubes **F**^{1}**Eadp** | eruperint **Eap** | specus **Rdp.** secus **E**^{1}**a** | alto **F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** *va. G* 11 fuerit **FRaf.** *add.* rubro colore **R**^{2} 12 contracta **FR**^{1}**ap** 13 nec niuales **FR.** *om.* **a** | ac (*pro* aut) **d**^{2}**op** | niue iacente (-tem **F**) **FRd**^{1}*v.* niuem iaciens **op***r* 14 rumpit .. exardescitque .. habet **op** | et ignem (-ne **p**) **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2}**dop***v.* euertiginem *r* 15 aut non **F**^{2}**R**^{2}. ac non **fz.** aut *va. G* | concipit **pz.** inc- **o** | fulminem (*om.* est) **F**^{1}**a.** -men autem **F**^{2} 16 igne **p** *va. H* 17 remediando **F**^{1}**R**^{1} | et quo *ll. G(S).* quo **dT***v.* quomodo **f** *H* 19 belluae **R**^{2}. nebulae *D* | similis in *ego.* -lisi **F**^{1}**R**^{1}**a.** -lis e **R**^{2}. -lis **F**^{2}**E**^{2} *cum ras.* **dp***v.* -li *(U21) J* 20 nudire **F**^{1}**R**^{1}**a.** ////// **E**^{1} | cur[illegible] *v.* con *r*

umor rigensque ipse se sustinet, ex eodem genere et aulon, cum veluti fistula nubes aquam trahit.

50. (51) Hieme et aestate rara fulmina contrariis 135
de causis, quoniam hieme densatus aër nubium crassiore corio spissatur, omnisque terrarum exhalatio rigens ac gelida quicquid accipit ignei vaporis exstinguit. quae ratio inmunem Scythiam et circa rigentia a fulminum casu praestat, e diverso nimius ardor Aegyptum, siquidem calidi siccique halitus terrae raro admodum tenuesque
et infirmas densantur in nubes. vere autem et autumno 136
crebriora fulmina, corruptis in utroque tempore aestatis hiemisque causis, qua ratione crebra in Italia, quia mobilior aer mitiore hieme et aestate nimbosa semper quodammodo vernat vel autumnat. Italiaeque partibus iis, quae a septentrione descendunt ad teporem, qualis est urbis et Campaniae tractus, iuxta hieme et aestate fulgurat, quod non in alio situ.

51. (52) Fulminum ipsorum plura genera traduntur. 137
quae sicca veniunt, non adurunt, sed dissipant; quae umida, non urunt, sed infuscant. tertium est quod clarum vocant, mirificae maxime naturae, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis nulloque alio vestigio relicto, aurum

§ 135. 136: Lyd. ost. 43 p. 168^{bc}. (Arrian. ap. Stob. ecl. phys. 29 p. 610). Beda n. r. 30. — 137: Sen. NQ II 31, 1. Arrian. l. l. p. 608. Lyd. ost. 44 p. 170^{d}. 172^{a}. — Cic. de div. I 18 (v. 23. 24). Obseq. 122.

1 se *om.* **F^{1}E^{1}a** | aulon (-one **R^2**) cum **R^2** *coni. S.* aut longum (-gaum **F**) **FR^{1}aT**. in longum (**E d**?) **f p** *H.* in longam *v* 2 fistulam **R a** *v a. H* 4 densitas aeris **y** | grassiore **F a**. gross- **R^1** 6 accepit **F^{1}R T** *Ven.* 7 a *om.* **F^{2}y**. ad **F^{1}R** 8 e **F^{2}y** *D.* et e **o p** *v.* et *r* | diuersa **y**. *cfr. Rück 2 p. 304* 9 raras **R^2** *v a. H (S)* 10 et infirmans **F**. -mis **R^1**. firmas **d^2**. *om.* **d^{1}T** *H Brot.* 12 crebra sunt **F^{2}f** | in italia fulmina **d^{2}o** *v a. G* 13 moblior **o**. mollior **p y**. *prob. Rück 2 p. 304 coll. Lydi* εὔκρατος σχεδὸν παρὰ πᾶν χωρίον. *sed cfr. § 189* 14 que *ego.* quoque *ll. v* | iis **d p** *v.* his *r* 15 descendunt **E a o p** *v (D).* discend- **F^{1}R^1**. disced- *r G. de mendo cfr. p. 181, 21* 16 et *om.* **o p** *v a. G* 17 in *om* **F^{1}R E^{1}a** | situ euenit **o z** 19 non *om.* **y** 20 humide **F^2**. um////e **F^1**. humore **R a** | urunt *ll. v.* adu- **o p y**. *prob. Rück 3 p. 237*

et aes et argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis ac ne confuso quidem signo cerae. Marcia, ... princeps Romanorum, icta gravida partu exanimato ipsa citra ullum aliud incommodum vixit. in Catilinianis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est.

138 **52.** (53) Tuscorum litterae novem deos emittere fulmina existimant, eaque esse undecim generum; Iovem enim trina iaculari. Romani duo tantum ex iis servavere, diurna attribuentes Iovi, nocturna Summano, rariora sane eadem de causa frigidioris caeli. Etruria erumpere terra quoque arbitratur, quae infera appellat, brumali tempore facta saeva maxime et exsecrabilia, cum sint omnia, quae terrena existimant, non illa generalia nec a sideribus venientia, sed ex proxima atque turbidiore natura. argumentum evidens, quod omnia superiora e caelo decidentia obliquos habent ictus, haec autem, quae vocant terrena,
139 rectos. e*t* qua*e* ex propiore materia cadunt, ideo creduntur e terra exire, quoniam ex repulsu nulla vestigia edunt, cum sit illa ratio non inferi ictus, sed adversi. a Saturni ea sidere proficisci subtilius ista consectati putant, sicut

---

§ 138: Sen. NQ II 41. — Paul. Festi p. 75. Fest. p. 229. Augustin. civ. dei IV 23. — § 139: (179, 1. 2) Tertull. ad nat. I 9. apol. 40. — (2sqq.) Sen. NQ II 47. 48, 1.

---

1 liquat **y**. *cfr. Rück 2 p. 305* | saculis **y**. saec- **F**^{1}. sec- **R**^{1}**a**. (loculis *Seneca*) 2 sic nocere **F**^{1}**Ra**. sine onere **F**^{2} 3 *lac. ego indicavi; excidit* femina: *cfr. VIII 119 et XXXVII 44* | romanorum *ll.* -narum **R**^{3}**p***v.* matronarum *coni. J* 4 catilinianis **R**^{2}*v*(*J*). -lianis *r. cfr. XXXIII 34.* -linanis (*P*)*L.* -ariis *SD* 5 municipis **F**^{1}**R**. -piis **Eap** 11 terrae **F**. e terra **z**. a (ea a **p**) terra **op***va. G* 12 appellatur **Ed**. -antur **opz** 14 existimantur **z** 16 omnia e **F**^{2}**Rd***D.* -ia ae **F**^{1}. -nia a *va. S* | superiora e **REa**^{2}**o***S.* -ora ae **F**^{1}. -ora **a**^{1}. -orae **F**^{2}. -ore **d***v*(*D*). *cfr. Rück 3 p. 237* 17 uocantur **opz***va. H.* uo (*om.* cant terrena recto) **R** 18 rectos et *ego.* -to sed **F**^{1}(**R**)**a**. -tos sed *rv* | quae *ego.* quia *ll. v* 19 repulso **a**. repercusso **op** | edant **a***v.* edunt *ll. H* 20 inferni **R**^{2}*e corr. va. H* | aduersi a **R**^{2}*e corr. G.* -si **op***v.* -sa **Fd**. -so **Ea** 21 ea **FdR***G.* eo **Ea**. ea a **p***v*

cremantia a Martis, qualiter cum Volsinii, oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine. vocant et familiaria in totam vitam fatidica, quae prima fiunt familiam suam cuique indepto. ceterum existimant non ultra decem annos portendere privata, praeterquam aut primo patrimonio facta aut natali die, publica non ultra tricesimum annum, praeterquam in deductione oppidi.

53. (54) Exstat annalium memoria sacris quibus- 140
dam et precationibus vel cogi fulmina vel impetrari. vetus fama Etruriae est, impetratum Volsinios urbem depopulatis agris subeunte monstro, quod vocavere Oltam, evocatum a Porsina suo rege. et ante eum a Numa saepius hoc factitatum in primo annalium suorum tradidit L. Piso, gravis auctor, quod imitatum parum rite Tullum Hostilium ictum fulmine. lucosque et aras et sacra habemus interque Statores ac Tonantes et Feretrios Elicium quoque accepimus Iovem. varia in hoc vitae sententia et pro 141
cuiusque animo. imperare naturae sacra audacis est credere, nec minus hebetis beneficiis abrogare vires, quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die praecinat et an peremptura sint factum aut prius alia facta quae lateant, innumerabilibus

§ 140: (12) cfr. Plin. XXVIII 14. Peter hist. Rom. fragm. p. 79. 80. — Liv. I 10, 6. 12, 6. 31, 8. Varro LL VI 9, 94. — § 141: Sen. NQ II 49, 1. 2. 39, 2.

1 a *om.* **E**^{1}**ap** | uulsinis **Fad** 2 opulentum **pz**. *om.* **o** | ex (*pro* est) **R**^{2}*S* 5 aut **E**^{2}*G*. haec *r*. haec quae **p***v* 6 matrimonio *va.S* 10 uulsinius (uol- **F**^{2}) **F**. -sonios **R**^{1}. -ius **Ead**. (uolsiniis et urbe et agris depopulatis **f**) 11 oltam *ll.v(D)*. uoltan **T**. -tam *G*. olcam *D It.p.57 n.1. cfr.* Vulcam *XXXV 157* 12 a **R**^{1}**EaTp***D*. o **F**^{1}. et a **F**^{2}**R**^{2}*v*. /// a **d**^{1}. fulmen a **d**^{2} | porsina **E**^{1}**a***S*. -sinna **FR**^{1}**E**^{2}. -sena **p***v(Brot.)*. -senna **R**^{2}**dT***Dal. cfr. XXXIV 29. 139. XXXVI 91* (**B**) 13 tradit *va.S(J)* 15 luquosque **R**^{1}. locosque **d**. lucos **p**. *pro corrupto habet D*^{2} 18 impetrare **a**. -ri **p**. imperari *va.S* | natura **a** | sacris **F**. *om.va.S* 19 hebetis *v*. hab- **FR**. habitis *r*. auitis **f** | ueneficiis *J cum U23* | abrogari *D* | uiris **FR**^{1}**a** 20 proficit **F**^{1}**dTEa** 22 fatum **F**^{2}*v* | aut apertura **E**^{3}*v*. (*saltem* aperiat) | potius *va.S* | fata **F**^{2}*v*

in utroque publicis privatisque experimentis. quam ob rem sint ista ut rerum naturae libuit, alias certa alias dubia, aliis probata aliis damnanda: nos de cetero quae sunt in his memorabilia non omittemus.

142 **54.** (55) Fulgetrum prius cerni quam tonitrua audiri, cum simul fiant, certum est, nec mirum, quoniam lux sonitu velocior, ictum autem et sonitum congruere ita modulante natura, sed sonitum profecti esse fulminis, non inlati, etiamnum spiritum ociorem fulmine, ideo quati prius omne et adflari quam percuti, nec quemquam tangi qui prior viderit fulmen aut tonitrua audierit. laeva prospera existimantur, quoniam laeva parte mundi ortus est. nec tam adventus spectatur quam reditus, sive ab ictu resilit ignis sive opere confecto aut igne consumpto
143 spiritus remeat. in sedecim partes caelum in eo spectu divisere Tusci. prima est a septemtrionibus ad aequinoctialem exortum, secunda ad meridiem, tertia ad aequinoctialem occasum, quarta obtinet quod est reliquum ab occasu ad septemtriones. has iterum in quaternas divisere partes, ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. ex iis maxime dirae quae septemtriones ab occasu attingunt. itaque plurimum refert unde venerint

---

§ **142**: Aristot. de mundo 4 p. 395^a, 14 sqq. Lucret. VI 164. Apul. de mundo 15. Isid. n. r. 30, 2; or. XIII 8, 2. Lyd. ost. 21 p. 88^b. — (9) Sen. NQ II 20, 3. Ammian. XVII 10, 2. — (11) Varro ap. Fest. p. 339 M. Cic. de div. II 43. — § **143**: (15) Cic. de div. II 42. Lyd. ost. 22 p. 88^c.

---

2 alias .. alias *ll.S.* aliis .. aliis **p***v* 3 nos cetera *va.S* 4 omittimus **FR**^{2}**a***S.* -tti **R**^{1} 5 fulgetra **R**^{2}. -gora **y** tonitrua **R**^{2}**y***S.* -tru **R**^{1}. -trū *rv(J). cfr. Rück 2 p. 305* 6 fiunt **FdTy** 11 quam prior **R**. quem prior **a**. qui *D* | fulmina **R**^{2} tonitrua **FdTEaop***v(S)*. -tru **R***G*. -trum *(Dal.) J* 12 exortus **y** 13 est *om.* **FR**^{1}**Ea** 15 spectu **Fd**^{1}**TR***J cum U24*. asp- **Ead**^{2}**z***H*. resp- *v(S)* 18 est reliquum **dR**^{2}*S*. rel- est **F**^{2}**E**(?) **o***v(J)*. rel- *r* 20 ortu **FRE**^{1}**a***S* 21 ex iis *v*. sexies **Ra**. ///// **F**^{1}. ex his *rC* | dirae *ll.(G)S.* -ra *v* | septemtriones **dy***D.* -nem **F**^{1}**RE**^{1}**a***G*. per septemtrionem (-nes *v*) **F**^{2}**E**^{2}*v* 22 occa- (*del.* ab) *va.G* | perplurimum **FREo***va.H*

fulmina et quo concesserint. optimum est in exortivas
redire partes. ideo cum a prima caeli parte venerint et 144
in eandem concesserint, summa felicitas portendetur, quale
Sullae dictatori ostentum datum accepimus. cetera *ad*
ipsius mundi portione*m* minus prospera aut dira. quaedam
fulgura enuntiare non putant fas nec audire, praeterquam
si hospiti indicentur aut parenti. magna huius observationis
vanitas tacta Iunonis aede Romae deprehensa est Scauro
consule, qui mox princeps fuit. noctu magis quam interdiu 145
sine tonitribus fulgurat.

Vnum animal, hominem, non semper exstinguit, cetera ilico, hunc videlicet natura tribuente honorem, cum tot beluae viribus praestent. omnia contrarias incubant partes. homo, nisi convertatur in percussas, non respirat. superne icti considunt. vigilans ictus coniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur. hominem ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradidit. nullum animal nisi exanimatum fulmine accenditur. vulnera fulminatorum
frigidiora sunt reliquo corpore. **55.** (56) ex *i*is, quae 146
terra gignuntur, lauri fruticem non icit nec umquam quinque altius pedibus descendit in terram. ideo pavidi altiores specus tutissimos putant aut tabernacula pellibus

§ 145: (14) Plin. XXVIII 47. (cfr. Sen. NQ II 31, 2). — (16) Tertull. apol. 48. — § 146: Plin. XV 134. Geop. VII 11. XI 2, 7. Lyd. ost. 45 p. 172^{bc}. — (22 sqq.) cfr. Suet. Aug. 90.

2 parte caeli **ay** 3 eam **FR**^{1} | portendetur **F**^{2}**Eop**. -ntetur **F**^{1}**R**^{1}. -ntur **a**. -nditur **R**^{2}**d***v*. est **y** 4 ad *ego. om. ll. v.* pro *coni. D*^{2}. *cfr. XIII 133. XIV 133. XXIV 46. XXXVI 130* 5 portionē *ego.* -ne *ll. v* 6 fulgure (*pro* -rae) **a**. -gore **F**^{1}**R**^{1}. fulmina **R**^{2}. *om.* **z** | nuntiare **F**^{1}**RadTp** 11 hominum **F**^{1}**R**^{1}**a** 12 ilico **Rao**. ill- *rv* | huic **R**^{2}**opz** | naturę tribuendo **F**^{2} 13 contraria// **F**^{1}. -ia **a** | incubans **F**^{1}**Ra** | parte **R**^{1}. -te// **F**^{1}. -tē **a**. in partes **E**^{2}*C* 14 homini si **F**^{1}**Ra** | respirat **FdTE**^{1}**az** *Salmant. P.* exsp- **R**(?)**E**^{2}*v. cfr. XXVIII 47* 15 concidunt **opz** *va. L* | contuentibus **F**^{1}**R**^{1}**Eaop** 16 cremari **E**^{2}**p***v*(*D*). -are **FRdT***S*. -atum (concr- **a**) **E**^{1}**a** 19 iis *v.* his *ll. D* 20 icit **F**^{2}**R**^{2}*v*. iacit *r* 21 discendit **FR**^{1}**y** 22 pellibus *ll. v*(*S*). pedi- **y**. e pell- **E**^{3}*C*

beluarum, quas vitulos appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec e volucribus aquilam, quae ob hoc armigera huius teli fingitur. in Italia inter Tarracinam et aedem Feroniae turres belli *civilis* temporibus desiere fieri, nulla non earum fulmine diruta.

147 56. (57) Praeter haec inferiore caelo relatum in monumenta est lacte et sanguine pluisse M'. Acilio C. Porcio cos. et saepe alias, sicut carne P. Volumnio Servio Sulpicio cos., exque ea non perputruisse quod non diripuissent aves, item ferro in Lucanis anno ante quam M. Crassus a Parthis interemptus est omnesque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. effigies qu*o* pluit ferri spongiarum similis fuit. haruspices praemonuerunt superna volnera. L. autem Paulo C. Marcello cos. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxta quod post annum T. Annius Milo occisus est. eodem causam dicente lateribus coctis pluisse in acta eius anni relatum est.

148 57. (58) Armorum crepitus et tubae sonitus auditos e caelo Cimbricis bellis accepimus, crebroque et prius et postea. tertio vero consulatu Mari ab Amerinis et Tuder-

§ 147: Lyd. ost. 6 p. 22[ab]. — cfr. Liv. III 10, 6. Val. Max. I 6, 5. Dion. Hal. X 2. — § 148: Lyd. ost. 6 p. 22[c]. Obseq. 41. 43. — (cfr. Verg. geo. I 474). — Plut. Mar. 17 med.

2 nec ex d[1]E *v a.S(J)* 4 in (*pro* inter) R[1]a | tarracinam R[2]d *G(S)*. terr- (-nem FE[1]a) *rv(H)* | feronia (-ā F. -ae a[3]) et urbes F[1]Ra | belli ciuilis *ego*. bellicis F[2]dEp*v*. -ces *r*. belli caesariani *D* 7 in inferiore R[2]*S*. *om.*oz 8 celum lacte oz | pluuisse F[1]REo*va.G(SJ, item infra)* | M'. a*H*. M. *rv* | acilio R[2]*v(G)*. atti- a*C*. ati- *r* 9 P. R(?)*H cum Pighio*. L. *rv* 10 perputruisse FRafoz*v*. putr- dE(?)*L* 11 in F[2]R[2]E[2]dop*v*. a *r* 12 a R(?)*v*. in *r* | partis FR[1]. -tes Ea 14 quo *ego*. que ap. quae *ll.v* | ferri spongiarum *ego*. spo- ferri (-rro op) *ll.D*. spofere *v* 15 marcello *v*. -llono d. -llino *ll* 16 carissanum FE*v*. carisa- R[1]ad. capsa- R[2]. carifa- o. carupha- p. compsa- *S e Vell. II 68, 3*. περὶ Κάψαν *Lydus* 17 post annum T. *om.*E[1]a. annum T. *om.*FR[1]. post *om.*o | manlius o | milo *om.*o 22 ab amerinis *B*. a mamertinis *ll.v*

tibus spectata arma caelestia ab ortu occasuque inter se concurrentia, pulsis quae ab occasu erant. ipsum ardere caelum minime mirum est et saepius visum maiore igni nubibus correptis.

58. (59) Celebrant Graeci Anaxagoran Clazomenium 149
Olympiadis LXXVIII secundo anno praedixisse caelestium litterarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole, idque factum interdiu in Thraciae parte ad Aegos flumen, qui lapis etiam nunc ostenditur magnitudine vehis, colore adusto, comete quoque illis noctibus flagrante. quod si quis praedictum credat, simul fateatur necesse est, maioris miraculi divinitatem Anaxagorae fuisse solvique rerum naturae intellectum et confundi omnia, si aut ipse sol lapis esse aut umquam lapidem in eo fuisse credatur. decidere tamen crebro non erit dubium. in Abydi gymnasio 150
ex ea causa colitur hodieque modicus quidem, sed quem in media terrarum casurum idem Anaxagoras praedixisse narretur. colitur et Cassandriae, quae Potidaea *quondam* vocitata est, ob id deducta. ego ipse vidi in Vocontiorum agro paulo ante delatum.

59. (60) Arcus vocamus extra miraculum frequentes et extra ostentum. nam ne pluvios quidem aut serenos dies cum fide portendunt. manifestum est radium solis

---

§ 149. 150: Lyd. ost. 7 p. 24^{b-d}. — § 149: (Aristot. meteor. I 7 p. 344^{b}, 32). — Diog. Lae. II 3, 5. Plut. Lys. 12. Ammian. XXII 8, 5. 16, 22. — § 150: (22 sqq.) cfr. Sen. NQ I 6, 1. 3, 11. — (23 sqq.) Beda n. r. 31. Aristot. de mundo 4 p. 395^{a}, 33. — Sen. NQ I 8, 3. 7. 3, 1. Aristot. meteor. III 2 p. 372^{a}, 26.

---

3 est *om.* **FRa**. *an recte?* | in maiore **R**¹**a** | igni **R**²*S*. igne **F**²**d** *H*(*D*). -nib; **E**². ne *r*. ui **o**. ui ignis *v* 7 militiarum **F**²**fa**, -tiae rarum **F**¹**R**¹ | ex **d**. de **R**¹. a **o** 9 uehibilis **d**²**o** 11 relictum **Fa**. ////ictum **R**¹ | credat **R**²**E**²**d***v*. -dit *r* 13 et confundi **R**²**d***v*. interfu- *r* 14 esse **E***v*. esset (et **R**¹) **FRd**. fuisset **a** 16 quem **R**²**Ed***v*. quia *r* 17 medio **a***va*.*S* 18 narretur **R**²*S*. -rratur *rv*(*J*). *cfr. nov. luc. p. 41 n. 15* | casandriae **FR**¹. cassandre **a**. alexandriae **R**² *in marg.* | potid//e **E**. -die **Fa**. post idaea **R**² | quondā *ego. om. ll. v. cfr. IV 36* 19 deductae **R**²*SD* 22 nec **F**² | pluuis **R**¹. -iis **F**¹**Ea**. -iales **oz**

inmissum cavae nubi repulsa acie in solem refringi, colorumque varietatem mixtura nubium, ignium, aēris fieri. certe nisi sole adverso non fiunt nec umquam nisi dimidia circuli forma nec noctu, quamvis **Aristoteles** prodat aliquando visum, quod tamen fatetur idem non

151 nisi XXX luna posse fieri. fiunt autem hieme maxime ab aequinoctio autumnali die decrescente. quo rursus crescente ab aequinoctio verno non exsistunt, nec circa solstitium longissimis diebus, bruma vero [id est brevissimis] frequenter, iidem sublimes humili sole humilesque sublimi, et minores oriente aut occidente, sed in latitudinem dimissi, meridie exiles, verum ambitus maioris. aestate autem per meridiem non cernuntur, post autumni aequinoctium quacumque hora, nec umquam plures simul quam duo.

152 (61) Cetera eiusdem naturae non multis dubia esse video: **60.** grandinem conglaciato imbre gigni et nivem eodem umore mollius coacto, pruinam autem ex rore gelido; per hiemem nives cadere, non grandines, ipsasque grandines interdiu saepius quam noctu, et multo celerius resolvi quam nives; nebulas nec aestate nec maximo frigore exsistere, rores neque gelu neque ardoribus neque ventis nec nisi serena nocte; gelando liquorem minu*i*, resolutaque glacie non eundem inveniri modum; **61.** varietates colorum

---

§ 151: Aristot. l. l. 2 p. 371, 30sqq. 5 p. 377^a, 11sqq. 4 p. 375^b, 12. Sen. NQ I 8, 6. 3, 11. — § 152: Aristot. de mundo 4 p. 394^a, 32sqq.; meteor. I 10. 11. 12. Sen. NQ IV 12. 3, 6. 4, 1. — (18—20) Beda n. r. 34. — (22) cfr. Plin. XXXI 33.

---

2 aeris igniumque *va.S* 6 XXX *ego.* tricesima *ll.v(H)D.* XIIII *C(Brot.)cum Rhodig. ex Aristot.* | posse fieri *ego.* fieri posse **y** *D.* posse *ll.v* 9 *uncos posui cum U26* | hoc **p** *va.S* | breuissimis diebus **E**(?)**dp** *va.S* 10 frequenter **F**^{2}**dE** *v(J).* -tes **R**^{2}**T** *S. om.r* | idem **F**^{2}**R**^{2}**a**. id est **F**^{1}. *om.***R**^{1}. item **y** | humilisque **FRay** 11 latitudinem **dy** *v.* altitudine (lati- **E**) *ll* | dimissi **E**^{1}**a**. -isi **y**. diffusi **F**^{2}*v.* -so **F**^{3}. demissi *rS* 12 autem **Fd**^{2}**Ra** *S.* uero **E**^{2}*v.* haec **E**^{1}. *om.***d**^{1}**y** 15 eius **FR**^{1}**E**^{1}**az** 16 igne (*pro* imbre) **FR**^{1}**E**^{1}**a** 20 nebula **F**^{1}**REa**^{1}. -lā **o** *va.G* 21 gelu neque *om.***FR**^{1}**E**^{1}**a** 22 minui *v.* -uere *ll. om.***p**. *cfr. XXXI 33* | resolutaque **R**^{2}*S.* sol- *rv*

figurarumque in nubibus cerni, prout admixtus ignis superet aut vincatur.

62. (62) Praeterea quasdam proprietates quibusdam 153
locis esse, roscidas aestate Africae noctes, in Italia *L*ocris et in lacu Velino nullo non die apparere arcus, Rhodi et Syracusis numquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur, qualia aptius suis referentur locis. haec sint dicta de aëre.

63. (63) Sequitur terra, cui uni rerum naturae 154
partium eximia propter merita cognomen indidimus maternae venerationis. sic hominum illa, ut caelum dei, quae nos nascentes excipit, natos alit semelque editos et sustinet semper, novissime conplexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens, nullo magis sacra merito quam quo nos quoque sacros facit, etiam monimenta ac titulos gerens nomenque prorogans nostrum et memoriam extendens contra brevitatem aevi, cuius numen ultimum iam nullis precamur irati grave, tamquam nesciamus hanc esse solam quae numquam irascatur homini.
aquae subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt 155
in fluctus, praecipitantur in torrentes, aer densatur nubibus, furit procellis: at haec benigna, mitis, indulgens ususque mortalium semper ancilla, quae coacta generat, quae sponte fundit, quos odores saporesque, quos sucos, quos tactus, quos colores! quam bona fide creditum f*a*enus reddit!

---

§ 153: (6) Sol. 5, 8. 11, 32. cfr. Cic. Verr. V 26. Sen. cons. ad Marc. 17, 4. — § 154: (10) cfr. Lucret. II 998. — (14) cfr. Cic. leg. II 56. 63. — (18) Tertull. test. an. 4. — § 155: (22) cfr. Plin. XVIII 1. 2. — (186, 2) cfr. Sen. NQ VI 28, 1. — (4) Plin. XXIX 74.

---

1 admixtus ignis **F**^{2}**R**^{2}*v*. -tis signis *r* 3 proprietates caeli **o** *v a. H* 4 italię **E**. -lie **Ra**. -lia// **F**^{1} | locris et *v*. ocrisie **F**^{2}**d**. crisie **R**. -siae *r* 5 apperire **F**^{1}. ape- **R**^{1}**E**^{1}**a** 7 referentur **R**^{2}*v*. feruntur *r* 11 diei **F**^{1}**a**. dies **F**^{2}**o** 12 et sustinet *ego*. sustinet et *ll*. -net **dy** *v* 15 sacra (-ro **F**^{1}) merito **RF**^{1} *H cum Dal*. -ramento *r*. *om*. **o** 17 ultra *coni. Haupt*. 18 imprecamur **d**^{2} *v a. G* 21 in nubibus **o** 22 usibusque **R**^{2} *S* 24 effundit **R**^{2} *S* | quos iactos **FR**^{1}**E**^{1}**a** 25 faenus *S*. fe- **a** *H*. foe- *rv*. *om*. **oz** | ////ddit **d**^{1}. dedit al. reddit **d**^{2}. dedit **R**^{1}**a**. ////// **F**^{1}

quae nostra causa alit! pestifera enim animantia, vitali spiritu habente culpam: illi necesse est semina excipere et genita sustinere; sed in malis generantium noxa est. illa serpentem homine percusso amplius non recipit poenasque etiam inertium nomine exigit. illa medicas fundit herbas
156 et semper homini parturit. quin et venena nostri miseritam instituisse credi potest, ne in taedio vitae fames, mors terrae meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispergerent, ne laquei torqueret poena praepostera incluso spiritu, cui quaereretur exitus, ne in profundo quaesita morte sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. ita est, miserita genuit id, cuius facillimo haustu inlibato corpore et cum toto sanguine exstingueremur, nullo labore, sitientibus similes, qualiter defunctos non volucres, non ferae attin-
157 gerent terraeque servaretur qui sibi ipsi periisset. verum fateamur: terra nobis malorum remedium genuit, nos illud vitae facimus venenum. non enim et ferro, quo carere non possumus, simili modo utimur? nec tamen quereremur merito, etiamsi maleficii causa tulisset. adversus unam quippe naturae partem ingrati sumus. quas non ad delicias quasque non ad contumelias servit homini? in maria iacitur aut, ut freta admittamus, eroditur. aquis,

§ 157: (17—19) cfr. Plin. XVIII 2. 3. XXXIV 138.

1 nostri *va.S* | *an* animantia alit? *certe tacite supplendum est* | uitalis spiritus **Fd^{1}TEa** 2 habent **F^2** | culpa **RaT** | seminata **p***v* | et *om.***FdE^{1}a** 4 amplius non **FRado***S.* non amp- **E**(?)*G.* (non recipit amp- *v*) 6 nostrae **o** | misertam **F^{2}R**(?)*G.* -ta *v.* -rię ita **od^3** 8 nos **d^{2}E^{2}p***v*(*D*). *om.***r***S* 9 obrupta **F^1**. abruta **R^1**. obr- **dTa** 15 quo taliter *va.G* | uolucres **dTo***v.* -ris **r***G* | ferę **dEp***v*(*D*). -re **F^{1}R^{1}aTo**. -ra **F^{2}R^2***G* | attingerent **Top***v*(*D*). -ret **FR^{2}a^3***G.* -re *r* 16 terrae quo *D* | ipsi **E**(?)**a^{3}o***C.* -se *rv* | et ut uerum **F^{2}R^2***va.H* 17 fateatur **F^{1}R^{1}a***Ven.*
18 facimus **Ffa**. fati- **R^1**. fecimus **R^{2}E**(?)**o***v* | nos enim **F^{2}o** *va.H* 20 maleficti **R^{1}a** 21 quasi **oa^3***va.H* 22 seruiat **o** *va.H* 23 fr&ia **R** | eroditur *ll.G.* eluitur **o***B.* erudi- *v.* erui- *anon. ap. B.* elidi- *C.* effodi- *S* (*et dist.*) *cum Ruhnkenio.* al. cōmittit̃ epditur **R^2** *ad marg.* | aliquis **F^2**

ferro, igni, ligno, lapide, fruge omnibus cruciatur horis
multoque plus, ut deliciis quam ut alimentis famuletur
nostris. et tamen quae summa patitur atque extrema 158
cute tolerabilia videantur: penetramus in viscera, auri
argentique venas et aeris ac plumbi metalla fodientes,
gemmas etiam et quosdam parvulos quaerimus lapides
scrobibus in profundum actis. viscera eius extrahimus,
ut digito gestetur gemma, quo petitur. quot manus
atteruntur, ut unus niteat articulus! si ulli essent inferi,
iam profecto illos avaritiae atque luxuriae cuniculi refodissent. et miramur, si eadem ad noxam genuit aliqua!
ferae enim, credo, custodiunt illam arcentque sacrilegas 159
manus. non inter serpentes fodimus et venas auri tractamus cum veneni radicibus? placatiore tamen dea ob
haec, quod omnes hi opulentiae exitus ad scelera caedesque et bella tendunt, quodque sanguine nostro rigamus insepultisque ossibus tegimus, quibus tamen velut exprobrato furore tandem ipsa se obducit et scelera quoque mortalium occultat.

Inter crimina ingrati animi et hoc duxerim quod
naturam eius ignoramus. **64.** (64) est autem figura 160
prima, de qua consensus iudicat. orbem certe dicimus terrae globumque verticibus includi fatemur. neque enim absoluti orbis est forma in tanta montium excelsitate, tanta camporum planitie, sed cuius amplexus, si cuncta

§ 160: (22—188, 2) Beda n. r. 46. (cfr. Sen. NQ IV 11, 3).

1 igni (-ne **T**) ligno **FdTao**. ligno igni (-ne *v*) **E**(?)*v*(*S*). ligno **Rp***G* 3 nostris (nīs) **FRE**[2]*G*(*S*). nis **E**[1]**a**. //nis **d**. *om*. **o**. nostris. nisi *H*. (n̄ris famul- **p***v*) | et **R**[1]**E**[2]**d**[2]*G*(*S*). etiam **R**[2]. *om*. **Fd**[1]*H*. i **E**[1]**a**. illi **op**. illa **z***v*. ut *J e coni*. *S* | patitur **op***G*. -iatur *ll*. *v*(*H*) 4 a cute **FRa***S* | uidentur **op** 7. 8 *dist*. *va*. *S* 8 quo **d**[2]**op** *Salmant*. quam **E**[2]*v*. *om*. *r S*. *cfr*. *Rück 3 p. 238* | petimus **E**(?)**z** *va*. *S* 13 nonne **a**[3]*va*. *H* 14 ea **R**[2] | ob hoc **Ea***va*. *S*. *add*. utimur **F**[2]*G*, *praem*. *v* 15 que *om*. **FdR**[1]**a**. *an* ac caedes? 16 quodque (-que a **R**[2]) *ll*. *S*. quamque *C*. quaeque *v* 17 que *om*. **E**(?)*va*. *S* 20 dixerim **F**[2]**a***va*. *G* 24 celsitate **y** 25 cuncta (-nta **F**[1]) *ll*. (*Beda*) *v*. capita **E**[3]*C e coni*. *coll*. *Sen*. *NQ IV 11*. (*iungenda* liniarum ambitu)

liniarum conprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat, id quod ipsa rerum natura cogit, non isdem causis, quas attulimus in caelo. namque in illo cava in se convexitas vergit et cardini suo, hoc est terrae, undique incumbit. haec ut solida ac conferta adsurgit intumescenti similis extraque protenditur. mundus in centrum vergit, at terra exit a centro, inmensum eius globum in formam orbis adsidua circa eam mundi volubilitate cogente.

161 **65.** (65) Ingens hic pugna litterarum contraque vulgi, circumfundi terrae undique homines conversisque inter se pedibus stare, et cunctis similem esse verticem, simili modo *et* quacumque parte media calcari, illo quaerente, cur non decidant contra siti, tamquam non ratio praesto sit, ut nos non decidere mirentur illi. intervenit sententia quamvis indocili probabilis turbae, inaequali globo, ut si sit figura pineae nucis, nihilo minus terram
162 undique incoli. sed quid hoc refert, alio miraculo exoriente, pendere ipsam ac non cadere nobiscum, ceu spiritus vis, mundo praesertim inclusi, dubia sit, aut possit cadere, natura repugnante et quo cadat negante. nam sicut ignium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu, sic terrae, arcentibus cunctis, nisi in se locus non est. globum tamen effici mirum est in tanta planitie maris camporumque. cui sententiae adest

§ 161: cfr. Macrob. in som. Scip. II 5, 23 sqq. — (16) Beda tp. r. 34. — § 162: (19—23) Beda n. r. 45. — (189, 1—3. 6) Dicuil 9, 11. — (3. 4) cfr. Sen. NQ IV 11, 2.

1 linearum **REaop***va.S* | ambitus **F^{1}Ra**. habitu **o** 2 id *om.* **y** | re rerum **Ee**. ratio rerum et **E^{3}** | natura *ll.D.* -rae **E^{3}***v* | cogit ratio *va.D* | isdem **ay**. hisd- **FR**. eisd- **E**(?)**op***va.S(D)* 4. 5 incumbit undique **y** 5 ad **Ra**. a// **F^{1}**. atque *va.D* | conferta **a** 6 portenditur **Fd^{1}R^{1}Ea** 7 a (*pro* at) **FdEa** | a (ad **F^{2}**) centrum **F** 10 uulgi opinionem **o***va.G* 11 uerticem (*sc.* terrae) *ll.* caeli uert- **F^{2}R^{2}E^{2}opy***v.* uert- caeli **d^{2}** 12 et *ego.* ex *ll.v* | media *ll.* -iā **a^{3}***v. om.* **p** 17 includi **y** 18 ipsas **Fd^{1}a**. -sos **R^{1}d^{2}***va.B* 19 dubium sit an **F^{2}d^{2}***e corr. va.G* 22 nisi sit in spiritu sic **R^{2}**. nisi in **a**. in **F**. *om* **R^{1}E^{1}** | sic et *Beda.* ita **o***va.S* | cohaerentibus *Beda*

Dicaearchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum prodidit Pelium MCCL passuum ratione perpendiculi, nullam esse eam portionem universae rotunditatis colligens. mihi incerta haec videtur coniectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices longo tractu nec breviore quinquaginta milium passuum adsurgere. sed vulgo maxime haec pugna est, 163
si coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. atqui non aliud in rerum natura adspectu manifestius. namque et dependentes ubique guttae parvis globantur orbibus et pulveri inlatae frondiumque lanugini inpositae absoluta rotunditate cernuntur, et in poculis repletis media maxime tument, quae propter subtilitatem umoris mollitiamque in se residentem ratione facilius quam visu deprehenduntur. idque etiam magis mirum, in poculis repletis addito umore minimo circumfluere quod supersit, contra evenire ponderibus additis ad vicenos saepe denarios, scilicet quia intus recepta liquorem in verticem attollant, at cumulo eminenti infusa delabantur. eadem est causa, propter quam e navibus terra non cer- 164
natur, e navium malis conspicua, ac procul recedente navigio, si quid quod fulgeat religetur in mali cacumine, paulatim descendere videatur et postremo occultetur. denique oceanus, quem fatemur ultimum, quanam alia figura cohaereret atque non decideret nullo ultra margine includente? id ipsum ad miraculum redit, quonam modo, etiamsi globetur, extremum non decidat mare. contra

2 pelion *va.D* 3 *dist.C* 5 aut **FR**. an p | ignaro *C(D)*. -ros **R**^{2}. -noto **R**^{1}*S*. -noro *rv* 6 milium **FdR**^{1}*S*. -lia **R**^{2}**a**p. -libus **E**(?)*v*(*D*) 7 maxime **FR**^{1}**aoz***v*. -ma **a**^{3}*rB* 9 nature **FRo** 10 nam **FdR**^{1}**E**^{1}**a** 14 residente **FRaT** 18 recepta **Fa**^{3}*v*. -tu **a**. -tum **d**^{2} *in ras.***E**p. -t **R**^{1}. -ta saepe **R**^{2} 19 eminenti **R**^{2}*S*. -te *rv* | dilabantur *va.D* 20 est *om.***FR**^{1}**a** 21 conspitia **F**^{1}. -iciatur **R**^{2} | recedente **d***v*. pręc- **F**. proc- **R**^{2}**Ea**. protend- **R**^{1} 23 destendere **F**. dist- **R**^{1}**a** | conculcetur **a**. excu- **FR**^{1}. exu- **E** 24 quan **FR**^{1}. qui in **a** 25 coheret **FR**^{1}**a** | intra **FdR**^{1}**E**^{1}**a**^{1} 26 id ipsum **R**^{1}**dT***S*. in id ips- **Ffa**. id i- nullum **R**^{2}. ips- **E**^{1}. ips- id **E**^{2}*r*

quod, ut sint plana maria et qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio magnaque gloria
165 inventores Graeci subtilitate geometrica docent. namque cum e sublimi in inferiora aquae ferantur et sit haec natura earum confessa nec quisquam dubitet in litore ullo accessisse eas quo longissime devexitas passa sit, procul dubio apparere, quo quid humilius sit, propius a centro esse terrae, omnesque linias, quae emittantur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri quam quae ad extremum mare a primis aquis; ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur.

166 (66) Quod ita formasse artifex natura credi debet, ut, cum terra arida et sicca constare per se ac sine umore non posset, nec rursus stare aqua nisi sustinente terra, mutuo inplexu iungerentur, hac sinus pandente, illa vero permeante totam, intra extra, supra *infra*, venis ut vinculis discurrentibus, atque etiam in summis iugis erumpente, quo spiritu acta et terrae pondere expressa siphonum modo emicat tantumque a periculo decidendi abest, ut in summa quaeque et altissima exsiliat. qua ratione manifestum est, quare tot fluminum cotidiano accessu maria non crescant. **66.** est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu praecincta circumfluo mari, nec argumentis hoc investigandum, sed iam experimentis cognitum.

167 **67.** (67) A Gadibus columnisque Herculis Hispaniae et Galliarum circuitu totus hodie navigatur occidens.

---

§ 165. 166: (10—19) Beda n. r. 44. — § 166: cfr. Sen. NQ III 3. 15, 1. 7, 3 et 4. 4. 5. — (23. 24) cfr. Mela III 44. 45. — § 167: MCap. VI 617—619. cfr. Berger Eratosth. fragm. p. 91. (cfr. Vellei. II 106, 3. Tac. Germ. 34. Plin. VI 58).

---

1 plena **FE^{1}a** 6 /// illo **d^{2}**. ultro *coni. D^{2}* 8 a *ll. v* (*S*). *del. B* 13 naturae **FfT** 15 aque **dT**. aquis **F^{1}Ra** 16 inflexu **Ea**. compl- **dT**. ampl- *va. G* | fungerentur **F^{1}R^{1}a^{1}dT** 17 infra *Beda. om. ll. v. cfr. Welzhofer p. 39* 18 *an* ut cuniculis? 25 uestigandum **FRd^{2}***SJ* 28 circuitus **Fado**

septentrionalis vero oceanus maiore ex parte navigatus
est, auspiciis Divi Augusti Germaniam classe circumvecta
ad Cimbrorum promunturium et inde inmenso mari pro-
specto aut fama cognito Scythicam ad plagam et umore
nimio rigentia. propter quod minime verisimile est illic
maria deficere, ubi umoris vis superet. iuxta vero ab
ortu ex Indico mari sub eodem sidere pars tota vergens
in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis Seleuco
atque Antiocho regnantibus, qui et Seleucida et Antiochida
ab ipsis appellari voluere. et circa Caspium multa oceani 168
litora explorata parvoque brevius quam totus hinc aut
illinc septentrio eremigatus, ut *i*am coniecturae locum sic
quoque non relinquat ingens argumentum paludis Maeoticae,
sive ea illius oceani sinus est, ut multos adverto credidisse,
sive angusto discreti situ restagnatio. alio latere Gadium
ab eodem occidente magna pars meridiani sinus ambitu
Mauretaniae navigatur hodie. maiorem quidem eius partem
et orientis victoriae Magni Alexandri lustravere usque in
Arabicum sinum, in quo res gerente C. Caesare Augusti
filio signa navium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur
agnita. et Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus 169
a Gadibus ad finem Arabiae navigationem eam prodidit
scripto, sicut ad extera Europae noscenda missus eodem
tempore Himilco. praeterea Nepos Cornelius auctor
est Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regem
fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum,

§ 168: MCap. VI 619—621. — § 169. 170: MCap. VI 621. — § 169: Mela III 90. Nepos fr. 48. Halm. Cael. Ant. fr. 56 (Peter p. 107). — § 170: Nepos fr. 47. Mela III 45.

5 uerisimilis **F**^{1}**a** 6 supere **F**^{1}**Ra** 10 multo **F**^{1}**a**. -to labore **d**^{2}**z**. mare **R**^{1} 11 breuibus **F**^{1}**a** 12 eremigatus **E**^{2}(?)*v*. rem- *ll.*(*MCap.*) | iam *ego*. tamen *ll.v* 13 *dist.ego* | ingeniis **R**^{1}. id **R**^{2} | meotiae **F**. -tie **ad**^{1}. -tidę **Rd**^{2} 16 situs **F**^{1}**R**^{1}**a** | ambitu **E**(?)*v*. *om.***o**. -tus *r* 17 mauritaniae **Rao***va.S* 19 C. *om.***FR**^{1}**adT** 20 hispanensibus **Ea**. -niensium **R**^{2} 25 eudoxiū/// **F**^{2}**d**^{2} -ius **F**^{1}**Ea** | quondam **FE**^{1}**a**. qu//n **d**^{1} | latyrum **Ra**. -thurum *H* 26 gadium **E**^{1}**a**. gad//// **F**^{1}. //ad//// **R**^{1}. cades **R**^{2}

multoque ante eum Caelius Antipater vidisse se qui navigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia.
170 idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Quinto Metello Celeri, Afrani in consulatu collegae, sed tum Galliae proconsuli, Indos a rege Sueborum dono datos, qui ex India commercii causa navigantes tempestatibus essent in Germaniam abrepti. sic maria circumfusa undique dividuo globo partem orbis auferunt nobis, nec inde huc nec hinc illo pervio tractu. quae contemplatio apta detegendae mortalium vanitati poscere videtur, ut totum hoc, quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis quantum sit ostendam.

171 68. (68) Iam primum in dimidio conputari videtur, tamquam nulla portio ipsi decedat oceano, qui toto circumdatus medio et omnes ceteras fundens recipiensque aquas et quicquid exit in nubes ac sidera ipsa tot ac tantae magnitudinis pascens, quo tandem amplitudinis spatio credetur habitare? inproba et infinita debet esse tam vastae
172 molis possessio. adde quod ex relicto plus abstulit caelum. nam cum sint eius quinque partes, quas vocant zonas, infesto rigore et aeterno gelu premitur omne, quicquid est subiectum duabus extremis utrimque circa vertices, hunc, qui trionum septem vocatur, eumque, qui adversus illi austrinus appellatur. perpetua caligo utrobique et alieno molliorum siderum adspectu maligna ac pruina tan-

§ 172: Beda tp. r. 34. — Cic. som. Scip. 6, 13 (Macrob. II 17. 18. 21). Verg. geo. I 233 sqq. Mela I 4. MCap. VI 602.

4 ofrani **a**. C. (L. *H*) Afranii *va. D.* africani **R** *Ven.* 5 sueborum **FRa** *D*^{2}. *cfr. IV 81. 100.* sueuo- *r*(?)*v.* botorum *Mela* 8 neque hinc **F**^{2}**dE**^{2}**o**^{2}. neque **F**^{1}**E**^{1}**ao**^{1} 14 decedat **F**^{2}**pz***v.* -cidat **F**^{1}**dEo**. -dit **a**. -datur **R**(?)*G* | circumdatur **R** 16 et *om.* **FR**^{1}**ao** | ac *v.* hac **R**. aut *r***o** | tota tante **do**. tota & ante **F**^{1}**Ra**. tot et tantę **F**^{2}*va. S* 17 pascens — amplitudinis **F**^{2}**d***v.* *om. r* 18 crederetur **FRa**. (terra creditur habitari **o***va. G*) | et *om.* **F**^{1}**Ra** 19 adde **E**^{2}**op***v.* age *r* | relicto spatio **op***va. G* 21 premitur gelu **Eo***va. G* 22 uerticem (*om.* hunc) **y** 23 trionē septem **F**. septē trionē **a**. -mtrio (*G.* -ion *v*) **E**(?)*va. S*

tum albicans lux. ver*um* media terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis et cremata comminus vapore torretur. circa duae tantum inter exustam et rigentes temperantur eaeque ipsae inter se non perviae propter incendium siderum. ita terrae tres partes abstulit caelum; oceani rapina 173 in incerto est. sed et relicta nobis una portio haud scio an etiam in maiore damno sit, idem siquidem oceanus infusus in multos, ut dicemus, sinus adeo vicino accessu lib. 3 sqq. interna maria adlatrat, ut centum quindecim milibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari, Caspius vero CCCLXXV a Pontico, idem interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispescit, *ut* quantum terrarum occupet? conputetur etiamnu*m* mensura tot flu- 174 minum, tantarum paludium, addantur et lacus, stagna, iam elata in caelum et ardua aspectu quoque iuga, iam silvae vallesque praeruptae et solitudines ac mille causis deserta; detrahantur hae tot portiones terrae, immo vero, ut plures tradidere, mundi puncto (neque enim aliud est terra in universo): haec est materia gloria nostrae, haec sedes. hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur humanum genus, hic instauramus bella etiam civilia mutuisque caedibus laxiorem facimus terram! et, ut publicos gentium furores transeam, haec, 175 in qua conterminos pellimus furtoque vicini caespitem

§ 173: (11) Beda n. r. 42. — (12) cfr. Plin. VI 31. — § 174: (18) cfr. Sen. NQ I prol. 11sqq.

1 uerum media *ego.* uero med- *ll.v.* med- uero **E**[3] *G.* (*dist. G*) | qua **R**[2]**a**[2]*v.* quae **FE**. que *r* 2 torrentur **FRa***SJ* 3 et circa **a**. circa quam **op***va.G* 4 siderum *ll.***p***H.* -ris **R**[2]**o***v*(*S*) 5 terre et tres **Fa**. -restres **Rd** 9 uicentum **F**. u ce- **a**. uicenum **R**[1] 11 intra *D cum U29* | tota **F**[1]**Rad** 12 asiam **FdTao** *G*(*S*). -mque *rv*(*L*)*D* | dispesci **R**[1]. -pcit **a**. -pertit **o***va.G.* dum dispertit **z** | ut *ego. om.ll.v* 13 occupet **FdRa***v.* -pat **E**(?)*H.* -petur (*om.* conputetur) **op** | *dist.H* | etiamnum *ego.* -unc *ll.v* 14 paludium *ll.v*(*S*). -dum **do***C* | et *ll.***dop***v.* ac *D* 16 ac mille **FdEaop**. et mille **R**(?)*v* | *dist.J* 17 haec **FdR**[1]**a** 18 punctus **d**[2] *in ras.* **o***va.J* 20 regimus **FR**[1]**E**[1]**a** 21 tumultuatur **o***va.H* 24 caeni **F**[1]**R**[1]

nostro solo adfodimus, ut, qui latissime rura metatus fuerit ultraque famam exegerit adcolas, quota terrarum parte gaudeat vel, cum ad mensuram avaritiae suae propagaverit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?

176 **69.** (69) Mediam esse mundi totius haut dubiis constat argumentis, sed clarissimo aequinocti paribus horis. nam nisi in medio esset, aequales dies noctesque habere non posse deprehendere *est* dioptraeque vel maxime confirmant, cum aequinoctiali tempore ex eadem linia ortus occasusque cernatur, solstitiali exortus per suam liniam, brumali occasus. quae accidere nullo modo possent nisi in centro sita.

177 **70.** (70) Tres autem circuli supra dictis zonis inplexi inaequalitates temporum distingunt: solstitialis a parte signiferi excelsissima nobis ad septentrionalem plagam versus, contraque ad alium polum brumalis, item medio ambitu signiferi orbis incedens aequinoctialis.

(71) Reliquorum quae miramur causa in ipsius terrae figura est, quam globo similem et cum ea aquas isdem intellegitur argumentis. sic enim fit haut dubie, ut nobis septentrionalis plagae sidera numquam occidant, con-

---

§ 176. 177: cfr. MCap. VI 601. 602. — § 177 (20). 178: **Beda** n. r. 46 (cfr. n. r. 6. tp. r. 32). — MCap. VI 593.

---

1 adfodimus *ll.v.* ordimur **opz**. *prob. Gronov. et Rück 3 p. 239* 2 famam *ll.v(S).* fines (*Sabell.*) *C* 5 esse terram $\mathbf{F^2z}$ *D* | totius terram *va. G* | dubie $\mathbf{F^1R^1E^1a}$ | constat terram **o** 6 clarissime **E**(?)**p** *va. D* 7 esset *om.* $\mathbf{F^1R^1E^1a}$. *an recte?* | habere (*sc.* terram) $\mathbf{R^2op}$*v.* -ret $\mathbf{F^1R^1a}$. -ri $\mathbf{F^2dE}$(?)*C* 8 posse **Edop***v.* -ent *rS* | deprehendere $\mathbf{FR^1E^1aT}$*J.* -rē **d**. -rent $\mathbf{E^2}$. -retur **op**. -runt $\mathbf{R^2}$*v(Brot.).* -dunt *H* | est *ego.* et *ll.v* | dioptraeque *ego.* -ae quae *ll.v. in* **ap** *spat. vac.* | id confirmant $\mathbf{E^2}$*v.* ut conf- $\mathbf{F^2dp}$ 9 cum $\mathbf{R^2E^2p}$*v.* cum et **dT**. et *r* 10 cernatur — 11 occasus quae *om.* $\mathbf{F^1R^1E^1a}$ | solstitiali exortu $\mathbf{F^2E^2T}$. -li occasu $\mathbf{R^2}$. -lis exortus *va. S* 11 brumalis occasusque $\mathbf{R^2}$. *om.* que **T**. -lisque occasus *va. S* 12 sita esset $\mathbf{E^3p}$*v* (*sc.* terra) 17 signiferi $\mathbf{FER^3o}$*v.* -fero $\mathbf{R^2a}$. -fer **d**. signi (*om.* feri orbis ince) $\mathbf{R^1}$ | obis $\mathbf{F^1}$. bis **ao** | incidens $\mathbf{F^1E^1a}$. descendens $\mathbf{R^2}$ 19 aqua $\mathbf{R^2ao}$. -uam **z**. quasi $\mathbf{F^2}$

tra meridianae numquam oriantur, rursusque haec illis non cernantur, attollente se contra medios visus terrarum
globo. septentriones non cernit Trogodytice et confinis 178
Aegyptus, nec canopum Italia et quem vocant Berenices crinem, item quem sub Divo Augusto cognominavere Caesaris thronon, insignes ibi stellas. adeoque manifesto adsurgens fastigium curvatur, ut canopus quartam fere partem signi unius supra terram eminere Alexandriae intuentibus videatur, eadem a Rhodo terram quodammodo ipsam stringere, in Ponto omnino non cernatur, ubi maxime sublimis septentrio. idem a Rhodo absconditur magisque Alexandriae, in Arabia Novembri mense, prima vigilia occultus, secunda se ostendit, in Meroë solstitio vesperi paulisper apparet paucisque ante exortum arcturi
diebus pariter cum die cernitur. navigantium haec ma- 179
xime cursus deprehendunt, in alia adverso, in alia prono mari, subitoque conspicuis atque ut e freto emergentibus, quae in anfractu pilae latuere, sideribus. neque enim, ut dixere aliqui, mundus hoc polo excelsiore se attollit — aut undique cernerentur haec sidera —, verum haec eadem quibusque proximis sublimiora creduntur eademque demersa longinquis, utque nunc sublimis in deiectu positis videtur hic vertex, sic in illam terrae devexitatem transgressis illa se attollunt, residentibus quae hic excelsa fuerant, quod nisi in figura pilae accidere non posset.

(72) Ideo defectus solis ac lunae vespertinos orientis 180

§ 178: (4) Manil. I 215 sqq. — § 179: (18—25) Beda n. r. 6. — § 180: MCap. VI 594. — (26—196, 8) Beda n. r. 23. — cfr. MCap. VI 591. 592 extr.

1 ab illis o*va.G* 2 medio sui **F**[1]. -io (-ios **a**[3]) ſitu **a** 5 crines **F**[1]**RE**[1]**a** 6 insignis (-nes **Fa**) sibi (ibi **z***v*) stella **FEaz***va.G* | ab eoque **Ra** 9 eandem **Fa** 19 ita mundus *Beda* | hic **opz***va.G* 20 aut *ll.G.* ut **opz**(*Beda*)*v.* // ut **d.** ita ut *D* | non cernantur (-nerentur **o**) **op***va.G* | haec (ac **F**[1]) *ll. om.* **dT** (*Beda*) 21 quibusque **F**[2]**dR**[2]**o***v.* -bus *r* 22 dimersa **Ea.** dim̄sa **o** 23 in *del. H* | illa terre deuexitate **o** | transuectis **R**[2] 24 se attolluntur **Ra** 25 posse **F**[1]**Ra** 26 et ideo **FdRa.** ideoque *va.S* | hac **R.** et **o**

incolae non sentiunt nec matutinos ad occasum habitantes, meridianos vero serius nobis il*li*. apud Arbilam Magni Alexandri victoria luna defecisse noctis secunda hora est prodita eademque in Sicilia exoriens. solis defectum Vip*st*ano et Fonteio cos., qui fuere ante paucos annos, factum pridie kalendas Maias Campania hora diei inter septimam et octavam sensit, Corbulo dux in Armenia inter horam diei decimam et undecimam prodidit visum, circuitu globi alia aliis detegente et occultante. quod si plana esset terra, simul omnia apparerent cunctis noctesque non fierent inaequales; nam aeque aliis quam in medio sitis paria duodecim horarum intervalla cernerentur, quae nunc non in omni parte simili modo congruunt.

181 **71.** (73) Ideo nec nox diesque, quamvis eadem, toto orbe simul est, opposito globi noctem aut ambitu diem adferente. multis hoc cognitum experimentis, in Africa Hispaniaque turrium Hannibalis, in Asia vero propter piraticos terrores simili specularum praesidio excitato, in quis praenuntios ignes sexta hora diei accensos saepe conpertum est tertia noctis a tergo ultimis visos. eiusdem Alexandri cursor Philonides ex Sicyone Elin mille et ducenta stadia novem diei confecit horis indeque, quamvis declivi itinere, tertia noctis hora remensus est saepius.

§ 181: (14. 15) Beda n. r. 23.

2 serius **a** *D.* sepius **FR**^{2}**o**. se i///us **R**. saepius *rv* | nobis illi *D.* nobis **R**^{2}. -bi///// **R**^{1}. -bili *r. cfr. MCap.* | arbilam *J coll. VI 41.* -belam **R**^{2} *Bas.* (*S*). -la *G.* arabiam *ll. v* (*H*) 3. 4 prodita est **R**^{2} *v a. S.* -ta **R**^{1} 4 Vipstano *H cum Ursino fam. Rom. p. 28. cfr. Tac. ann. XIV 1.* -sanio **R**^{2} *G.* -no **a**^{3} *v.* uipiano *r* 8 uisu **R**^{1}**E**^{2}**a**^{1}. -so **E**^{1}. usū **F**^{1} 11 nam aeque **R** (?) *H.* n/// q. **a**^{1}. neque *rv.* nam **d**^{1}**T**. nam n̄ **d**^{2} | aliis *ll. v* (*H*). -ias *C* 13 non **F**^{2}**RdTz** *v* (*H*). *om. r G* | in omni **R**^{2}**E**^{2}**d**^{2} *in ras.* **Tz** *v.* omni **F**^{2}. nomini **F**^{1}**R**^{1}. -ine **E**^{1}**a** 14 *an* diesue? | quamuis **FdRap** *v* (*S*). quaeuis **E** (?) *C* | eadem *om.* **a** 15 similis **d**^{2}**p** | opposito **F**^{1}**R**^{1}**p**

19 praenuntios **R**^{2} *S.* -tio// **d**^{1}. -tio ē **d**^{2}. -tiatiuos **E**^{2} *G.* -tiatos *v.* prę̄nciatio sidiosos **F**^{2}. praesidio *r* | signis **R**^{1}. -ni **F**^{1} 21 sitione **o**. iicyonē **F**^{1}. icione **a**. -nę (iic- **R**^{1}) **R** | elin **E**^{2} *G.* *om. r.* ad helin (elin *v*) **d**^{2} *in ras.* **op** *v* 22 indeque **E**^{2}**op** *v.* inde *r.* *om.* **d** 23 reuersus est (*om.* saepius) **opz**

causa, quod eunti cum sole iter erat, eundem remeans obvium contrario praetervertebat occursu. qua de causa ad occasum navigantes, quamvis brevissimo die, vincunt spatia nocturnae navigationis, ut solem ipsum comitantes.

72. (74) Vasaque horoscopa non ubique eadem sunt usui, in trecenis stadiis aut, ut longissime, in quingenis mutantibus semet umbris solis. itaque umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore aequinoctii die paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit, in urbe Roma nona pars gnomonis deest umbrae, in oppido Ancona superest quinta tricesima, in parte Italiae, quae Venetia appellatur, isdem horis umbra gnomoni par fit. 182

73. (75) Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque milibus stadium, solstiti die medio nullam umbram iaci puteumque eius experimenti gratia factum totum inluminari. ex quo apparere tum solem illi loco supra verticem esse, quod et in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem O n e s i c r i t u s scribit. constatque in Berenice urbe Trogodytarum, et inde stadiis IIII·DCCCXX in eadem gente Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus totidemque postea fieri, et per eos XC dies in 183

§ 182—185: Beda tp. r. 31. — § 182: MCap. VI 595. Beda n. r. 48. — (10) cfr. Plin. VI 217. 218. — § 183—185: cfr. Berger Eratosth. fragm. p. 124. — § 183: Beda n. r. 48. — (14) cfr. Plin. VI 183. V 59. Strabo II p. 114. — Lucan. II 587. — (20) Plin. VI 171.

1 causae **F**^{1}**Ea** | eundemque **d**^{2}**opz**$va.G$ 2 p̄////uertebat **F**^{2}**R**^{2}**o**$va.G$ 3 diei **F**^{1}**R**^{1}**Ea** | iungunt **Ea** 5 horoscopa $v(S)$. -pica *J.* -pii *Beda.* oroscopia **R**^{2}. orospica **a.** oro/////// **R**^{1}. horospica **dEp**H. horisp- **FT** 6 quingenis *U30.* -entis *ll.v* 7 semitū (-tā **a**) maris **FEa** | *dist.P* 11 quinta *om.* **a.** (quinta, decima *H*) 14 simili quidem *Beda* 15 super *Beda* | stadiorum **E**(?)**do**$va.S(D)$ 17 appareret *Beda* | tum *om.* **o** 19 scripsit **d**(*Beda*)$va.S.$ *cfr.p.198,11* 20 et inde **d**^{2}**op**$v(D)$. unde rS 22 primos **F**^{2}**dR**^{2}**o**v. -mum r 24 post (p' **F**^{2}) eo^a **F**^{2}**o** (*Beda*)

184 meridiem umbras iaci. rursus in Meroë — insula haec
caputque gentis Aethiopum V milibus stadium a Syene in
amne Nilo habitatur — bis anno absumi umbras, sole
duodevicesimam tauri partem et quartam decimam leonis
tunc obtinente. in Indiae gente Oretum mons est Maleus
nomine, iuxta quem umbrae aestate in austrum, hieme in
septentrionem iaciuntur. quindecim tantum noctibus ibi
apparet septentrio. in eadem India Patalis, celeberrimo
185 portu, sol dexter oritur, umbrae in meridiem cadunt. sep-
tentrionem ibi Alexandro morante adnotatum prima tantum
parte noctis aspici. Onesicritus, dux eius, scripsit,
quibus in locis Indiae umbrae non sint, septentrionem
non conspici, et ea loca appellari ascia, nec horas dinume-
rari ibi. **74.** (76) et tota Trogodytice umbras bis qua-
drag*enis* quin*is* diebus in anno Eratosthenes in con-
186 trarium cadere prodidit. **75.** (77) sic fit, ut vario lucis
incremento in Meroë longissimus dies XII horas aequinoc-
tiales et octo partes unius horae colligat, Alexandriae vero
XIIII horas, in Italia XV, in Britannia XVII, ubi aestate
lucidae noctes haut dubie *s*e promittunt, id quod cogit
ratio credi, solstiti diebus accedente sole propius verticem

§ 184: cfr. Strabo I p. 32. II p. 77. Ammian. XXII 15, 31. MCap. VI 593. — cfr. Plin. VI 69. — § 186. 187: MCap. VI 695. Beda tp. r. 31. — cfr. Strabo II p. 133. — Plin. IV 104. Caes. BG V 13, 3. cfr. Berger Eratosth. fragm. p. 124.

1 haec *om.* **d**^{1}. quae *Beda*. quae est **o***va.H* 2 caput quęę **F**^{2}. apudque **d**^{1}. apud **y**. caput **d**^{2}**o**(*Beda*)*va.H* | et quinque **o***va.H* | stadiorum **R**(?)**oy***va.S* 3 in anno **y**(*Beda*) 5 tunc **F**^{2}*D*. hunc *r. om.* **dop***v* | india **R**^{2}*va.G*(*S*) 6 hieme ad **opy**(*Beda*)*va.G* 7 VIItriones iaciunt **y** 9 septentrionū **F**^{1}**a**
13 et ea **Edop***v*(*J*). ex ea **y**. ea **FR**^{2}**a***S*. a **R**^{1}. ex eo (*Beda*) *D*^{2} | denumerari **y** 14 et **FdTE**^{1}**ay**(*Beda*) *S*. ex **R**. et in **op***v*. at in **E**^{3}*C*(*D*) | XLV **Fa**. quadraginta quinque **rop***v*. *cfr.p.197,23*
17 XV **y** | horas *om.* **Ead**^{1}**Ty** 19 XIII horas **o** | brittania (-nnica **a**) hispania **FRa** | XVIII **y** 20 dubi **F**^{1}**R**. -bia **d**^{1}**T**. -bitare *D* | ſe promittunt *ego. cfr. XVI 107.* (*X 82*). repromittunt (//e pro- **R**) **F**^{2}**dTRop***v*. -itiū **F**^{1}. -ittit **y**. promunt **Ea**. promittunt *S*. perm- *D*

mundi angusto lucis ambitu subiecta terrae continuos dies
habere senis mensibus noctesque e diverso ad brumam
remoto. quod fieri in insula Thyle Pytheas Massiliensis 187
scribit, sex dierum navigatione in septentrionem a Britannia distante, quidam vero et in Mona, quae distat a Camaloduno Britanniae oppido circiter $\overline{CC}$, adfirmant.

76. (78) Vmbrarum hanc rationem et quam vocant gnomonicen invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de
quo diximus, discipulus, primusque horologium, quod ap- 31
pellant sciothericon, Lacedaemone ostendit.

77. (79) Ipsum diem alii aliter observavere: Baby- 188
lonii inter duos solis exortus, Athenienses inter duos occasus, Vmbri a meridie ad meridiem, vulgus omne a luce ad tenebras, sacerdotes Romani et qui diem finiere civilem, item Aegyptii et Hipparchus a media nocte in mediam. minora autem intervalla esse lucis inter ortus solis iuxta solstitia quam aequinoctia apparet, quia positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium autem rectior.

78. (80) Contexenda sunt his caelestibus nexa causis. 189
namque et Aethiopas vicini sideris vapore torreri adustisque similes gigni, barba et capillo vibrato, non est dubium,

§ 187: Dicuil 7, 7. — (cfr. Diog. Lae. II 1). — § 188: Varro ap. Gell. III 2, 4—7 (Macrob. I 3, 2). Suet. fragm. 113 R. Censorin. d. nat. 23, 3. Lyd. mens. II 1 (2). Beda de die 3. Isid. or. V 30, 4; n. r. 1, 2. — cfr. Plut. quaest. Rom. 84 p. 284. Serv. Aen. VI 255. X 216. — § 189. 190: cfr. Vitr. VI 1, 3 sqq. 9. 11. Veget. r. mil. I 2. Firm. Matern. math. I 3, 1. Isid or. IX 2, 105.

4 qui (quaes **F**^{1}) scribit **E**^{1}**a**. scribsit **y**^{2}**i**. -psit **E**^{2}**p***va.S* | nauigationem **y** | septentrionali **Fa**. -on/// **R**^{1} 5 quaedam **FR**^{1}**a** 6 CC milia **R**^{2}*S*. -libus **E**(?)**dov**(*J*) 8 anaxima **R**^{1}**Ea**. -man **F** (*reliquis abruptis traiectione quaternionum, qua factum est ut hic sequantur IV 67* acellatusam — V 34 cubitorum altitudi: *cfr. D mus. Rhen. XIII p. 369 sqq.* | anaximandri — 9 diximus *om.* **l** 9 et thaletis discipulus **d**^{2}**l***va.G*(*Brot.*) | primus qui **dT** 11 obseruant **y** 14 diffiniere **d**^{2}**p***va.S*(*D*) 15 ciuitatem **F**^{1}**R**^{1}**a** 18 solstitia **y** 21 et *om.* **R**^{1}**p***va.S*

et adversa plaga mundi candida atque glaciali cute esse gentes, flavis promissas crinibus, truces vero ex caeli rigore has, illas mobilitate sa*pi*entes, ipsoque crurum argumento illis in supera sucum revocari natura vaporis, his in inferas partes depelli umore deciduo; hic graves feras, illic varias effigies animalium provenire et maxime alitum multas figuras igni volucres; corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium nisu, hic umoris alimento;
190 medio vero terrae salubri utrimque mixtura fertil*e*s ad omn*i*a tractus, modicos corporum habitus magna et in colore temperie, ritus molles, sensus liquidos, ingenia fecunda totiusque naturae capacia, isdem imperia, quae numquam extim*i*s *g*entibus fuerint, sicut ne illae quidem his paruerint, avolsae ac pro nu*min*e naturae urguentis illas solitariae.

191 79. (81) Babyloniorum placita et motus terrae hiatusque, qua cetera omnia, siderum vi existimant fieri, sed illorum trium, quibus fulmina adsignant, fieri autem meantium

§ 191: (201, 2 sqq.) Cic. de div. I 112. — (201, 8 sqq.) Diog. Lae. I 11, 2. (Ammian. XXII 16, 22).

1 atque glaciali candida **op***va.S* | esse *om.* **y** 2 promissa **F**^{1}**ad**. propensas **p**. *om.* **o** | trucis **R**^{2}*S.* crocis **y** | ex **E**(?)**op***v*(*J*). et *rS.* ob **d**^{2} *in ras.* 3 rigorē **Rad***S* | et illas *va.H* | mobilitate sapientes *D coll. Veget. r. mil. I 2.* (-tem sap- *U 32*). -tes (-tem **y**) habentes *ll.v*(*S*). -te hebetes (*Rhodig.*) *H*(*J*). *de re cfr. Vitruv. VI 1, 3 sqq., Plin. VI 187, de dictione XI 221. XXII 119* | ipso **R**^{2}*S.* -sorum **F**^{2} | crinium **p***va.G* 4 insuper **Fa**. *an* in superas?
5 umoris **R***S.* humo **a** 7 alituum **Fa** | multas *ego.* in (et in **E**^{2}*v*) mu- *ll.S.* *an* innumeras? in — uolucres *del. vult. D* | igni **F**^{1}. signi **R**^{2}. -ne **E**^{1}**a**. -no **R**^{1}. cigni **dT**. gigni **ry***v* | uolucris **F**^{1}**R**^{1}**a**. -cri **R**^{2} 9 salubris **E**^{2}**op***va.S.* -bro **y** | fertiles *ego.* -lis *ll.v* 10 omnia **E**^{2}*B.* -nę **R**. -ne **DE**^{1}**a**. -nes **Fdopi***v.* om̄ **y** | modicos **DFa***J.* -cus **dopy***rv* 11 temperie **o***S.* -iae **F**^{1}. -ia **E**^{1}. -ie' **R**^{2}. -ies **F**^{2}**E**^{2}**py***v* | liquidos **F**^{2}**Rdy***v*(*J*). -dus **opr***B* 13 extimis gentibus *B.* extimescen- *ll.v* 14 numine *ego.* nunciate **DR**^{1}**a**. -ntiatę **Ep**. /////atae **F**^{1}. unitate **F**^{2}**R**^{2}**dT***v*(*S*). immanitate *B*(*D*). *locus nondum sanatus* 16 placita et **F**^{2}**R**^{2}**T***S.* -te et **d**^{2} *in ras.* -tae **F**^{1}. -ta/// **R**^{1}. -te **a**. -ta **E***v* 17 qua **D**^{1}**F**^{1}*D.* qita (qua?) **R**^{2}. qia **D**^{2}. quae **F**^{2}**d**. que **E**^{1}**a**. q. **R**^{1}. et **E**^{2}**p***v* | uī **a**. ut **R**^{1}. u/// **F**^{1}. (ui siderum *va.S*)

cum sole aut congruentium et maxime circa quadrata mundi.
praeclara quaedam et inmortalis in eo, si credimus, divi-
nitas perhibetur Anaximandro Milesio physico, quem ferunt
Lacedaemoniis praedixisse ut urbem ac tecta custodirent,
instare enim motum terrae, cum et urbs tota eorum corruit
et Taygeti montis magna pars, ad formam puppis eminens,
abrupta cladem eam insuper ruina pressit. perhibetur et
Pherecydi, Pythagorae doctori, alia coniectatio, sed et illa
divina, haustu aquae e puteo praesensisse ac praedixisse
civibus terrae motum. quae si vera sunt, quantum a deo 192
tandem videri possunt tales distare, dum vivant? et haec
quidem arbitrio cuiusque existimanda relinquantur: ventos
in causa esse non dubium reor. neque enim umquam
intremiscunt terrae nisi sopito mari caeloque adeo tran-
quillo, ut volatus avium non pendeant, subtracto omni
spiritu qui vehit, nec umquam nisi post ventos, condito
scilicet in venas et cava eius occulta flatu. neque aliud
est in terra tremor quam in nube tonitruum, nec hiatus
aliud quam cum fulmen erumpit incluso spiritu luctante
et ad libertatem exire nitente.

80. (82) Varie itaque quatitur, et mira eduntur 193
opera, alibi prostratis moenibus, alibi hiatu profundo
haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, non-
numquam etiam ignibus calidisve fontibus, alibi averso

§ 192: (12) Aristot. meteor. II 8 p. 366^a, 3—6. Sen. NQ VI 12, 2. Ammian. XVII 7, 11. 14. Beda n. r. 49. — § 193: Aristot. de mundo 4 p. 395^b, 33. — (202, 1) id. meteor. II 8 p. 368^a, 14. 22 sqq. Sen. NQ VI 13, 5. 14, 3. 4. 18, 2 sqq. Ammian. l. l. 14. Apul. de mundo 18 extr.

2 esse et **R**(?)**E**^{2}*va.S* 3 prohibetur **F**^{1}**Ea** 4 ne (*pro* ut) *margo Dal.* 5 cum et *G.* et cum *ll.* et tum **D**^{2}**pz***v*(*S*) 10 ciuib, *ego.* tibi **D**^{2}**F**^{1}. ibi **Eap***v.* ///// **R.** *om.rS.* 12 linquantur **d.** [a]liquantum **F**^{1}**E**^{1}**a** 15 omniū **F**^{1}**Eao** 16 conditos **R**^{2}**d**^{1}*va.*(*P*)*H.* calidos **ad**^{2}**oz** 17 inuentas **F**^{1}**a** | occultato **d**^{2}**oz.** -lto *va.H* | aflatu **E.** affl- **FdTao***va.H* 18 tonitruum **Edopy**(*Beda*)*v.* -trū (tho- **R**^{2}) **DFaR**^{2}*D.* thonit **R**^{1} 22 prostratis moenibus (-iis **p**) alibi **E**(?)**dp***v. om.***oy***r.* (montibus *coni.D*^{2}) 23 haustu **FRa** | perfusis amnibus **y** 24 aliubi **FRa**

fluminum cursu. praecedit vero comitaturque terribilis sonus, alias murmuri similis, alias mugitibus aut clamori humano armorumve pulsantium fragori, pro qualitate materiae excipientis formaque vel cavernarum vel cuniculi, per quem meet, exilius grassante in angusto, eodem rauco in recurvis, resultante in duris, fervente in umidis, fluctuante
194 in stagnantibus, furente contra solida. itaque et sine motu saepe editur sonus. nec simplici modo quatitur umquam, sed tremit vibratque. hiatus vero alias remanet ostendens quae sorbuit, alias occultat ore conpresso rursusque ita inducto solo, ut nulla vestigia exstent, urbibus plerumque devoratis agrorumque tractu hausto. maritima autem maxime quatiuntur, nec montuosa tali malo carent. exploratum
195 mihi est Alpes Appenninumque saepius tremuisse. et autumno ac vere terrae crebrius moventur, sicut fulmina. ideo Galliae et Aegyptus minime quatiuntur, quoniam hic aestatis causa obstat, illic hiemis. item noctu saepius quam interdiu. maximi autem motus existunt matutini vespertinique, sed propinqua luce crebri, interdiu autem circa meridiem. fiunt et solis lunaeque defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur, praecipue vero cum sequitur imbres aestus imbresve aestum.

---

§ 194: (7) Aristot. de mundo 4 p. 396^a, 12; meteor. II 8 p. 367^a, 17; 366^b, 18. — (12) Sen. NQ VI 26, 5. — § 195: Aristot. meteor. II 8 p. 367^b, 2. Lyd. ost. 54 p. 190^a. — cfr. Sen. NQ VI 26, 1. — (18 sqq.) Aristot. l. l. p. 366^a, 13. 367^b, 20. (cfr. Lyd. ost. 54 p. 190^b).

---

2 murmure **FR**^{1}**a**. -ur **Edoy***va.S* | similis alias **Faz***S*. -lis **R**^{2}**E**(?)**doy**. -les **R**^{1}. -lius *v* 5 meet **D**(?)**dTR**^{2}**y***S*. et *r*. fit **op**. meat *v* | ex illius **F**^{1}**a**. exitus **op** 6 feruente *ll.v*(*H*)*D*. fremente *C*(*S*). uerbentur **y** | in umidis — 7 furente *om.* **o** 7 furente *D*. -ene **y**. feriente **p**. feruente (*praem.* item **D**^{2}**E**^{2}*v*) *ll.v*(*S*). item fremente *C* 8 umquam **D**^{2}**F**^{2}**R**^{2}**dy***v*(*S*). um **D**^{1}**F**^{1}. *om.* **opzr***H*(*J*). nonnumquam *D* 10 occultore (-to ore **F**^{2}) non **F**. -tore **d**^{1}. -tior est **d**^{2}**T** 13 malo *ll.Bas.* modo **R**^{2}*v*. moto **y**. -tu **i***C. cfr. p. 205, 4* 15 flumina **R**^{1}**ap**. fiunt fulmina (flum- **E**^{1}) **E**(?)*va.S* 17 nocte **y** 18 maxime **F**^{1} 19 sub (*pro* sed) *coni.* *D*^{2} 20 meridiem **F**^{2}**y***v*. -ies *r* 22 imbrem **RE**(?) **o***va.D* | imbresue aestum *om.* **a**

81. (83) Navigantes quoque sentiunt non dubia 196
coniectura, sine flatu intumescente fluctu subito aut quatiente ictu. intremunt vero et in navibus pos*tes* aeque quam in aedificiis crepituque praenuntiant. quin et volucres non inpavidae sedent. est et in caelo signum praeceditque motu futuro aut interdiu aut paulo post occasum sereno tenuis ceu lineae nube in longum porrecta spatium.

82. (84) Est et in puteis turbidior aqua nec sine 197
odoris taedio, sicut in isdem et remedium, quale et crebri specus praebent; conceptum enim spiritum exhalant. quod in totis notatur oppidis: minus quatiuntur crebris ad eluviem cuniculis cavata, multoque sunt tutiora in isdem illis quae pendent, sicuti Neapoli in Italia intellegitur, parte eius, quae solida est, ad tales casus obnoxia. tutissimi sunt aedificiorum fornices, anguli quoque parietum postesque, alterno pulsu renitente. et latere terreno facti
parietes minore noxa quatiuntur. magna differentia est 198
et in ipso genere motus, pluribus siquidem modis quatitur. tutissimum est cum vibrat crispante aedificiorum crepitu et cum intumescit adsurgens alternoque motu residit; innoxium et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur. undantis inclinatio et fluctus more quaedam volutatio infesta est aut cum in

§ 196: (5—7) Aristot. l. l. p. 367^{b}, 10. — § 197: (15) cfr. Sen. NQ VI 30, 4. — § 198: (20) Aristot. l. l. p. 368^{b}, 24. — (204, 1) Aristot. l. l. p. 367^{b}, 32 sqq.

3 icti *va.S* | tremunt **y** | postes aeque *Rück 2 p. 307.* positeque **A**. -tiaeque **y**. -ta aeque *rv* 4 pronuntiant **FRdpy** 5 sedent. est **ARoy***v*(*S*). -ntes *r*. -nt sed **E**^{2}**z**. -ntes. est *H* 7 ceu tenuis **p***va.S* | lineae **AFdTapy***v*. -ea *r*(?)*C cum Sabell.* | nubis **E**(?)*va.S*. -bes *D* | longo **FE**^{1}**a** | porrectae **E**(?)*va.S* 8 est *del.* **F**^{2} 9 sed et **o**. sicut et *va.G* | et **A**. est *rv*. et est **dT** | quare **E**. qualem (l *in ras.*) **F**. quam rem **R**^{1}**o** 11 tutis **p**. certis **R**(?)*va.S* 13 sicut in **dT**. sicut **E**(?)*va.D* 15 sunt *om.* **AdT**. s **F**^{1}**a** 16 renitente **AE**(?)*v*(*H*). -tes **o***C*. retinente (-tenn- **R**^{2}) *r*. -tes **p** 20 et *om.* **A** | intumescat **A**. inu- **a** | resedit **A**. residet **F**^{2}**E**(?)*va.S* 21 arietine **E**^{1}. -tum **a** 22 renitituros dantis **F**^{1}**R**^{1} 23 fluctuus **F**^{1}**R**^{1}*D*. -tuū **F**^{2}

unam partem totus se motus inpellit. desinunt autem tremores, cum ventus emersit; sin vero duravere, non ante XL dies sistuntur, plerumque et tardius, utpote cum quidam annuo et bienni spatio duraverint.

199 **83.** (85) Factum est semel, quod equidem in Etruscae disciplinae voluminibus invenio, ingens terrarum portentum L. Marcio Sexto Iulio cos. in agro Mutinensi. namque montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo adsultantes recedentesque, inter eos flamma fumoque in caelum exeunte interdiu, spectante e via Aemilia magna equitum Romanorum familiarumque et viatorum multitudine. eo concursu villae omnes elisae, animalia permulta, quae intra fuerant, exanimata sunt, anno ante sociale bellum, quod haud scio an funestius terrae ipsi Italiae fuerit quam civilia. non minus mirum ostentum et nostra cognovit aetas anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, pratis oleisque intercedente publica via in contrarias sedes transgressis in agro Marrucino praediis Ve*t*ti Marcelli equitis Romani res Neronis procurantis.

200 **84.** (86) Fiunt simul cum terrae motu et inundationes maris, eodem videlicet spiritu infusi aut *terra*e sidentis sinu recepti. maximus terrae memoria mortalium exstitit motus Tiberii Caesaris principatu, XII urbibus Asiae una nocte prostratis; creberrimus Punico bello intra eundem

§ 199: (15—19) cfr. Plin. XVII 245. — § 200: Aristot. meteor. II 8 p. 368^b, 8. Beda n. r. 49. — (23) Tac. ann. II 47. Strabo XII p. 579. Sol. 40, 5. — (205, 2) Cael. Antip. ap. Cic. de div. I 78 (Peter hist. Rom. fragm. p. 102). Liv. XXII 5, 8. (Flor. II 6, 14).

2 emersit **AF**^{2}*v*. sem- **DF**^{1}**d**. rem- **R**. se mergit **a**. se em- **E**^{1}. em- **E**^{2}**op** 4 biennio **AT**. bino **F**^{1}**E**^{1}**a**. bimo (abi- **R**^{1}) **F**^{2}**R**. *an recte?* 5 et factum **FRE**^{1}**a** | est *om.* **F**^{1}**E**^{1}**a**. est et **E**^{2}. est et hoc *va. G(Brot.)* 6 inuenio **AdTR**^{2}*S*. -nit **D**^{1}**a**. -nitur **F**. -ni **D**^{2}**R**^{1}**Ep***v* 7 mutinense **R**. -tiense **a** 14 inscio **R**^{1}**a** 15 ciuile **op***va. G*. bella ciuilia **F**^{2}**R**^{2}*J* 18 sedis **A***S*. -dens **F**^{1} | praesidis **FR**^{2}**E**^{1}**ao** 19 uetti *D*^{2}. *cfr. XVII 245. CIL IX 3019.* ueti **A**. uecti *rv* 21 ac **R**(?)*H*. uel *Beda* | terrae sidentis *vet. Dal.* residentis (-tes **R**^{2}), *ll. v.* terrae resid- *H*

annum septies ac quinquagies nuntiatus Romam, quo quidem anno ad Trasimenum lacum dimicantes maximum motum neque Poeni sensere nec Romani. nec vero simplex malum aut in ipso tantum motu periculum est, sed par aut maius ostento. numquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicuius id praenuntium esset.

85. (87) Eadem nascentium causa terrarum est, 201
cum idem ille spiritus adtollendo potens solo non valuit erumpere. nascuntur enim, nec fluminum tantum invectu, sicut Echinades insulae ab Acheloo amne congestae maiorque pars Aegypti a Nilo, in quam a Pharo insula noctis et diei cursum fuisse Homero credimus, nec recessu maris, sicuti *olim* Cerceis. quod accidisse et in Ambraciae portu decem milium passuum intervallo et Atheniensium quinque milium ad Piraeeum memoratur. et Ephesius quondam aedem Dianae adluebat. Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Aethiopum montes itemque a planis Arabiae, mare circa Ilium et tota Teuthranie quaque campos intulerit Maeander.

86. (88) Nascuntur et alio modo terrae ac repente 202
in aliquo mari emergunt, velut paria secum faciente natura quaeque hauserit hiatus alio loco reddente.

§ 201: (10) cfr. Herodot. II 10. Thuc. II 102. Strabo I p. 59; X p. 458. — Homer. δ 354. cfr. Plin. V 128. XIII 69. 70. XXV 12. Aristot. meteor. I 14 p. 351^b, 29. Mela II 104. Sen. NQ VI 26, 1. Lucan. X 509. Serv. Aen. XI 262. — (13) cfr. Plin. III 57. Theophr. hist. pl. V 8, 3. — (14) Strabo I p. 58 extr. — Herodot. II 10.

1 atque **R**(?)*va S* 3 nec poeni (**D**?)**d***D* 5 ostentum **o***va. H* 8 adtollendum **ap**. att- **DFE** | potens **R**^{2}**adp***v*. -tē **A**. -test **E**^{2}. ponens *r* 9 inuecto **Ra**. uecto **F**^{1} 13 sicuti olim *ego*. -ut idem **AR**^{2}**dT***v*(*S*). -ut eodem (eid- **D**^{2}*B*) *r*. -ut pridem *coni. D*^{2} | cerceis **FR**^{1}**adTp**. circ- *rv*(*S*). de circ- *C* | quod *del. U34* 15 milium passuum **F**^{1}**Ra***S* | et — 16 adluebat *om.* **p** | ephesius (*sc.* portus) **FRE**^{1}(**D**?). -sios **AdT**. -sus **a**. -si **E**^{2}*v*. *addunt* ubi **AE**^{2}**a**(**RD**?)*v*, *post* quondam **d**^{2}**T** | *dist. ego* 16 adluebat **AR**^{2}**E**^{2}*v*. abluerat *r* 18 mare et circa **E**^{2}*C* 19 teuthranie **T**(**D**?)*S*. -niae **AF**^{2}*v*. -nte **R**^{2}. -nia *B*. -tranie **R**^{1}**a**. -n- **F**^{1}**E** 22 que quae **F**^{1}. quaequae **F**^{2}. quae **E**

87. (89) Clarae iam pridem insulae Delos et Rhodos memoriae produntur; et natae postea minores, ultra Melon Anaphe, inter Lemnum et Hellespontum Neae, inter Lebedum et Teon Halone, inter Cycladas * Thera et Therasia, inter easdem * Olympiadis CXLV anno * quarto [post annos CXXX] Hiera eademque Automate, et ab ea duobus stadiis post annos *CCXLII* nostro aevo Iunio Silano *V*alerio [Balbo]
203 cos. a. d. VIII idus Iulias Thia. **88.** ante nos et iuxta Italiam inter Aeolias insulas, item iuxta Cretam emersit MM·D passuum una cum calidis fontibus, altera Olympiadis CLXIII anno tertio in Tusco sinu, flagrans haec violento cum flatu, proditurque memoriae, magna circa eam multitudine piscium fluitante confestim expirasse quibus ex his cibus fuisset. sic et Pithecussas in Campano sinu ferunt ortas, mox in his montem Epopon, cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri aequatum planitie*i*. in eadem et oppidum haustum profundo, alioque motu terrae stagnum emersisse, et alio provolutis montibus insulam extitisse Prochytam.

§ 202: (1) Ammian. XVII 7, 13. — (4) cfr. Plin. IV 70. Sen. NQ VI 21, 1 (II 26, 6). Iustin. XXX 4. Plut. de Pyth. orac. 11 p. 399^{c}. — § 203: Posid. ap. Strab. VI p. 277. — (15) Timae. ap. Strab. V p. 248; p. 247 extr. — § 204: Strabo I p. 54. 60. VI p. 258. Sen. NQ VI 30, 3. Ov. met. XV 290. — Plin. IV 63. — Diodor. XII 59, 2. — Plin. III 85. — (207, 5) Strabo I p. 60. Ov. met. XV 287. — (7—10) cfr. Plin. V 133. 115. 114.

1 primae $F^{1}R^{1}E^{1}$**a** 2 memoria **FRaz** | enatae (*del.* et) R^{2}*v*. *dist. ego* | melo R^{1}*va. C* 3 anaſe FE^{1}**a**. naſe R^{1}. olathe R^{2} | neao **A**. nec **a**. Nea F^{2}*va. S* | lebedum **AdE**^{2}*v*. lesbum $F^{1}E^{1}$**a**. besb- ***r*** 4 theon **d***va. C*. puteo **RE**^{1}**a**. //////on F^{1} | helone **a**. alonae **A**. -ne **F***va. H* 5 Olympiadis — quarto *cum U 36 huc transposui*; *post* 4 Cycladas *exhibent ll. v* | centum XLV **A**. CXXXV **Ed***va. D*. XXXV *r* | *uncos posui cum U* 7 CCXLII *ego cum U*. CX in *ll. v*. LX R^{2} | iunio **A**d^{1}**f***Salmant*. m. iunio *rv* ualerio *ego coll. Sen. NQ II 26, 6 et U 36*. laelio **A**. c. lelio R^{2}. maro lellio (///ellio E^{1}) **E**. m. celio (cellio **a**. ęlio d^{2}) R^{1}**ad**. marco caelio (caellio **D**) *r*. L. *G*. et L *v* | ballo **E**. *uncos posui cum U* 8 iulii **dEa***va. G* 9 emersit e mari *va. S* 11 CLXVIII R^{2}. CXLIII *va. H* 12 illam **R**(?)*va. D* 14 fertur **Ea**. *cfr. § 235 extr.* 16 planitiei *ego*. -itie F^{2}**dRE***C*. -tiae *rv*(*S*)

(90) Namque et hoc modo insulas rerum natura fecit: avellit Siciliam Italiae, Cyprum Syriae, Euboeam Boeotiae, Euboeae Atalanten et Macrian, Besbicum Bithyniae, Leucosiam Sireuum promunturio. **89.** (91) rursus abstulit insulas mari iunxitque terris, Antissam Lesbo, Zephyrium Halicarnaso, Aethusan Myndo, Dromiscon et Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promunturio. Hybanda, quondam insula Ioniae, ducentis nunc a mari abest stadiis, Syrien Ephesus in mediterraneo habet, Derasidas et Sapphoniam vicina ei Magnesia. Epidaurus et Oricum insulae esse desierunt. **90.** (92) in totum abstulit terras primum omnium ubi Atlanticum mare est, si Platoni credimus, inmenso spatio, mox interno quoque: videmus hodie mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide et Ponto. ad hoc perrupit mare Leucada, Antirrhium, Hellespontum, Bosporos duos.

204 205

91. (93) Atque ut sinus et stagna praeteream, ipsa se comest terra. devoravit Cibotum altissimum montem cum oppido Cari*ae*, Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur,

---

§ 205: Plato Tim. p. 25 (Strabo II p. 102). — (16) Strabo I p. 59. 49. (Plin. IV 5). Ov. met. XV 289. — (19) cfr. Plin. V 106). — (20) Aristot. meteor. II 8 p. 368^b, 30. Strabo I p. 58.

---

3 macrian **A***S*. -iā *rv*. -in *G* 6 aethusam *P*(*L*). eth- **p***v*. aechusan **F**. echu- (ecu- **a**. echiu- **R**^{2}) *r* 7 Prienen *B* 9 syriten **AF**^{2}*va*.(*P*)*L*. *cfr*. *V 115* | mediterranio **a**. -nea *va*.*S* 10 sapphoniam **AE**^{2}*D*. sapho- **dTp**. sappo- **R**. sapo- **FE**^{1}**a**. -nia **D**. Sophoniam *v* | uicina ei **R**^{2}**Ep***C*(*D*). -nam ei **AF**^{2}**dT***v*. -nei **DF**^{1}. -ne **R**^{1}**a**. -na est **R**^{2} | magnesię **a**. -sie **R**^{2}*e corr*. 12 atlantiū **FR**^{1}**E**^{1}**a** 13 inm̄se **R**^{1}. in medio **R**^{2}*va*.*G* | quoque *ego* (*et dist*.). quo **pz** *Salmant*. que **a**. hodieque **F**^{2}**f**. quae *rv*. *an potius* in quo? | uidemus **F**^{2}**Rp***v*. -dimus *r* 14 hodie — acarnaniam *om*.**D**^{1}**F**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** | hodie *om*. **F**^{2} | mersam in **R**^{2} | sin **F**^{1}**a** 15 *an* Europam perruptam? *cfr*. *V 141* 16 antirrhium **A***B*. -ipyrrhum **DF**. -rrum **EdT**. -pirrum **a**. antypirrium **R** 19 se (quae se **z**) comest **E**(?)**fz**(*P*)*H*. se condens **F**^{2}**R**^{2}*v*. secum (saec- **F**^{1}) est *r* | cebotum **R**^{2}. cyb- **FdE***va*.*S* 20 cariae *D*. -ice **R**^{2} *in ras*. -ite **DF**^{1}**dE**. cante **a**. caryce **A**. curice **F**^{2}. -ite *v*

Galenes et Gamales urbium in Phoenice agros cum ipsis,
Phegium, Aethiopiae iugum excelsissimum, tamquam non
206 infida grassarentur et litora. **92.** (94) Pyrram et Antissam
circa Maeotim pontus abstulit, Helicen et Buram sinus
Corinthius, quarum in alto vestigia apparent. ex insula
Cea amplius triginta milia passuum abrupta subito cum
plurimis mortalium rapuit et in Sicilia dimidiam Tynda-
rida urbem ac quicquid ab Italia deest, similiter in Boe-
otia Eleusina.

93. (95) Motus enim terrae sileantur et quicquid
est, ubi saltem busta urbium exstant, simul ut terrae mi-
racula potius dicamus quam scelera naturae. et, Hercules,
207 non caelestia enarratu difficiliora fuerint. metallorum opu-
lentia tam varia, tam dives, tam fecunda, tot saeculis sub-
oriens, cum tantum cotidie orbe toto populentur ignes,
ruinae, naufragia, bella, fraudes, tantum vero luxuria et
tot mortales conterant; gemmarum pictura tam multiplex,
lapidum tam discolores maculae interque eos candor ali-
cuius praeter lucem omnia excludens; medicatorum fon-
tium vis; ignium tot locis emicantium perpetua tot sae-
culis incendia; spiritus letales aliubi aut scrobibus emissi
aut ipso loci situ mortiferi, aliubi volucribus tantum, ut
Soracte vicino urbi tractu, aliubi praeter hominem ceteris

§ 206: (4) Plin. IV 12. Aristot. de mundo 4 p. 396, 20. Callisth. ap. Sen. NQ VI 23, 4. 26, 4. — (6) Plin. IV 62. Diodor. XV 48, 3. — (9) Strabo IX p. 407. Paus. IX 24, 2. Ammian. XVII 7, 13. — § 207: (19) Plin. XXXVI 163. — (23) Plin. XXXI 27. Serv. Aen. XI 785.

1 galenis **A**. -lanis *va. H* | gamales *B coll. V 69 et Suet. Tit. 4 extr.* galames (ca- **A**) *ll. S.* -anies *v* 3 antissam **R^2Ed**(?) *C.* -istam *rpv. locus corruptus: cfr. U 37. an* Pyrram, ante sitam circa introitum portus, abstulit (*sc.* litus)? 4 bursam **AF^2** | in sinu *va. S* 5 corinthios **F^2**. -thio *va. S. an* -thii (*sc.* litus)? 6 cea **ADE**(?) *B*(*J*). caea **F^2**. ceae **Rd***S.* cee **a**. caeae **F^1**. Aeaea *v* | tricenta **Ea**. trec- **R^1z** 7 mortalium **Ad***v*(*J*). -ibus *rH*(*D*) 8 ac — deest *del. U 38* | boeotia et **R^2***va. Brot.* 10 si legantur **F^1RE^1a** 12 hercules **AF^1a**. -le si **F^2**. -le *rv* 17 conterant **AF^2d***v.* -exant p. -exerant (-tigerant **R^2**) *r* 21 aliubi **f**, *item 22. 23* **FfREa***S.* alibi *rv*(*D*)

animantibus, nonnumquam et homini, ut in Sinuessano agro et Puteolano! spiracula vocant, alii Charonea, scrobes mortiferum spiritum exhalantes, item in Hirpinis Ampsancti ad Mephitis aedem locum, quem qui intravere moriuntur; simili modo Hierapoli in Asia, Matris tantum Magnae sacerdoti innoxium. aliubi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura praecinant, ut Delphis nobilissimo oraculo. quibus in rebus quid possit aliud causae adferre mortalium quispiam quam diffusae per omne naturae subinde aliter atque aliter numen erumpens? 208

2 parsa **DF**^{1}. passa **R**^{1} | congregare **DF**^{1}**a**^{1}. -ri **R** | imperii a **DR**^{1}**a**. -rii **F**^{1} | moliret **F**^{2}**a**^{2}. -ire **DF**^{1}**R**^{1}. -ir **a**^{1} 3 discordis **F**^{1}. -disque **Da** | fereasque **DR**^{1}**a** 4 ad **A**v(*S*). *om.r H* 7 quos *om.***Rp**. (*pro interrog. accepit H*) 8 terret *Sabell.* | *lac. ego indicavi; excidit fere* inmensa: *cfr.§67* 9 iam tam *ego.* tam iam **A***S*. etiam *rv.* tam *G*(*D*) 12 tanta ea **R**(?)*H. sed cfr.v.18* salubritas talis **AF**^{2}*S*(*D*^{2}). -itatis (-ita//// **F**^{1}) *rv.* -itas *J* 13 temperiaes **R**^{2}. -riae **R**^{1}. -ri//// **F**^{1}. -ria est **D**. -rie est **a**. -ries est **da**^{3}*va.H* 16 tam nobilia **A***v*. tanta nob- *r* | pecudum **R**^{2}*S*. -cori **d**(?)*v* 18 *an* marium portus? | gremiorumque **R**^{2}. germinu- **DF**^{1}**a**. geminu- **R**^{1} 19 ad iuuandos **F**^{2}**dR**^{2}**a** *va.S*(*D*^{2}). adiuu- ad **DF**^{1}**R**^{1} 22 gra **R**. graeci **d***va.S* | suam **r**(?)*va.S*(*J*)

hac quoque in parte faciendum est, ut notas quasdam et pauca sidera attingamus. legentes tantum quaeso meminerint ad singula toto orbe edissertanda festinari.

Est ergo folio maxime querno adsimulata, multo pro- 43
ceritate amplior quam latitudine, in laevam se flectens cacumine et Amazonicae figura desinens parmae, ubi a medio excursu Cocynthos vocatur, per sinus lunatos duo cornua emittens, Leucopetram dextra, Lacinium sinistra. patet longitudine ab Inalpino fine Praetoriae Augustae per urbem Capuamque cursu meante Regium oppidum, in umero eius situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena et viginti milia passuum, multoque amplior mensura fieret Lacinium usque, ni talis obliquitas in latus
degredi videretur. latitudo eius varia est, quadringentorum 44
decem milium inter duo maria Inferum et Superum amnesque Varum atque Arsiam, media autem ferme circa urbem Romam ab ostio Aterni amnis in Hadriaticum mare influentis ad Tiberina ostia $\overline{\text{CXXXVI}}$, et paulo minus a Castro Novo Hadriatici maris Alsium ad Tuscum aequor, haud ullo in loco CC latitudinem excedens. universae autem ambitus
a Varo ad Arsiam |$\overline{\text{XX}}$|·$\overline{\text{XLVIIII}}$ p. efficit. abest a circum- 45

§ 43: Sol. 2, 20. MCap. VI 639. — (7) Mela II 58. — Sol. 2, 23. MCap. l. l. Div. 9. Dic. 1, 10. — § 44: Sol. 2, 23. MCap. VI 639. 640. Div. 9. Dic. 1, 10.

2 queso **F**. quo so **a**^{1}. quo se **DRa**^{2} 3 edissertanta **D**. -ri tanta **a**. -tata **R**. disserenda **d**^{2}**T**. ediss- *va S* 4 adsimilata **a** *va. G(J)* 5 laeuā se *J*. leua sē **A**. -ua se **D**^{1}**F**^{2}**a** *G*. -ua re **D**^{2}**dT**. -ua///e **F**^{1}. laeuas **R**^{1}. -uo se **R**^{2}*v(S)* | flectenti **F**^{2} 7 cocynthos **A***D*. -cinthos *B*. cynthos *rv. cfr. § 95. Polyb. II 14, 5* 9 alpino **Ra** *va. J*. -nos **DFdT** 10. 11 in umero **R***v*. nu- **A**. innu- *r* 14 degredi **A***D*. dig- *r Dic. v* 16 media **d***S* (*sc.* longitudo, *cfr. § 53 init.*). -iae *B*. -iam *rv* | autem **AR**^{2}*S*. atque *rv* 17 alterni **DFRa** 19 alpium **DFRa** *va. B*. -ini **d**^{2} 20 in *om. G*. inde *H* | latitudine **a**. in -dinem **F**^{2}**R**(?) *va. S* 21 arsiam **d**^{2}**a**^{2}**p***v*. -ium **DFd**^{1}**R**^{2}**a**. arium **R**^{1}. ursium **A** | |$\overline{\text{XX}}$| $\overline{\text{XLVIIII}}$ *D cum Momms. ad Sol. 2, 23*. $\overline{\text{XXX}}$·LVIIII **R***H*. -LVIII **DFap***v*. $\overline{\text{XXI}}$·XLVII **A**

datis terris Histria ac Liburnia quibusdam locis centena milia, ab Epiro et Illyrico quinquaginta, ab Africa minus ducenta, ut auctor est M. Varro, ab Sardinia centum viginti milia, ab Sicilia MD, a Corcyra minus $\overline{LXXX}$, ab Issa $\overline{L}$. incedit per maria caeli regione ad meridiem quidem, sed, si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam primamque brumalem.

46 Nunc ambitum eius urbesque enumerabimus, qua in re praefari necessarium est auctorem nos Divum Augustum secuturos discriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI, sed ordine eo, qui litorum tractu fiet; urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera servari non posse, itaque interiore parte digestionem in litteras eiusdem nos secuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. nec situs originesque persequi facile est, Ingaunis Liguribus — ut ceteri omittantur — agro

47 tricies dato.

(7) Igitur ab amne Varo Nicaea a Massiliensibus conditum, fluvius Palo, Alpes populique Inalpini multis nominibus, sed maxime Capillati, oppido Vediantiorum civitatis *C*emene*lo*, portus Herculis Monoeci, Ligustina ora. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallui, Deciates, Oxubi, citra Veneni, Turri,

§ 45: MCap. VI 639. — § 47 init.: Mela II 72. 76.

1 quibus **DF**^{1}**Ra** 4 corcira **a**. corsica *va. G*(*H*) | ista **DFR**^{2}**a** 5 qui (*om.* id) **DR**^{1}**a***S*. quis////// **F**^{2} 6 hoc exigat **F**^{2} 10 descriptionemque **R**^{2}**da***va. D* (*item* § *49*) 11 fieret **D**^{2}**Fa**. fle- **D**^{1} 12 eorum ordinatione **DFRa** | propropera **R**^{1}. propera **Fda** 13 parte **A***S*. in pa- **F**^{2}**a**^{2}*v*(*D*^{2}). exin (et in **F**^{1}) pa*r D*^{1} 16 incaunis **Aa** 18 nicaea oppidum **d**(?)*va. J* 19 palo **AD**^{1}**R**^{1}*J*. pado **D**^{2}**FR**^{2}*v*(*H*). -dos **a**. -dus *C*. paulo *Brot.* | inalpini *B*. -nis *ll. v* 20 oppidū *G* | cemenelo *Momms. CIL V p. 916. cfr. XII n. 3.* -enilo *D*. gem- **A***J*. gemellino *r*. -llio *v*. cemenelion *B*(*Brot.*). cemel- *Bas.* 21 menoechi **DFRa** | ligustana **A**. -tiana **a**. -tica *va. S* 22 salui **FdRa***v*. salyi *B*. salluuii *H*. *cfr.* § *36* | deciates **R***H*. -i//ates **F**^{1}. dicia- **F**^{2}. -tis **A**. deceates **Dd***v*. decia **a**. *cfr.* § *35* | oxubi **AF**^{2}(**D**^{1}?) *G*(*Brot.*). moxubi *rv*. oxybii *B*(*H*) | turri soti *D*^{2} *It. p. 36 coll. Momms. CIL V p. 906.* esturri soti **A***D*. -uri soti **F**^{2} *in ras. va. B*. -uris orti *J*. ē. turris *o*ti (otti **a**) *r*. et caturgis (-rigibus *C*) orti *B coll.* § *136*

Soti, Bagienni, Statielli, Binbelli, Maielli, C*a*burriates,
Casmonates, Velleiates et quorum oppida in ora proxime
dicemus. flumen Rutuba, oppidum Album Intimilium, 48
flumen Merula, oppidum Album Ingaunum, portus Vadorum
Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Fertor,
portus Delphini, Tigulia intus, Segesta Tiguliorum, flumen
Macra, Liguriae finis. a tergo autem supra dictorum omnium Appenninus mons Italiae amplissimus, perpetuis iugis
ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. ab altero eius 49
latere ad Padum amnem Italiae ditissimum omnia nobilibus
oppidis nitent, Libarna, Dertona colonia, Iria, Vardacate,
Industria, Pollentia, Carrea quod Potentia cognominatur,
Foro Fulvi quod Valentinum, Augusta Bagiennorum, Alba
Pompeia, Hasta, Aquis Statiellorum. haec regio ex discriptione Augusti nona est. patet ora Liguriae inter amnes
Varum et Macram CCXI p.

(8) Adnectitur septima, in qua Etruria est ab amne 50
Macra, ipsa mutatis saepe nominibus. Vmbros inde exegere
antiquitus Pelasgi, hos Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox

---

§ 48: (4—6) Mela II 72. — § 50: (19) Sol. 2, 7. Fest. p. 355. Serv. Aen. X 164. Isid. or. XIV 4, 22. — (252, 2) Mela II 72.

---

1 bagienni *v.* uag- **A** *G.* -geni *B.* bagiensi *r. cfr. § 117. 135* | binbelli **A** *J.* bimb- *r H.* uib- *B* | macielli **A**. mage- **R** (?) *v a. D* | caburriates *D*^{2} (*Herm. XXI p. 535*). cub- **A** *D*^{1}. cuburi- **R** *J.* eub- *r v* 2 uelleiates (-tis **A**) **AF**^{2} *J.* ueleia- *Brot.* uelieia- **DF**^{1}. uelie////tes **R**. -itates **a**. -iates *v. cfr. § 116. VII 163* | proximae **FR**. -ma *v a. Brot. (S)* 3 riatuba **R**^{1}. rutauba **DF**^{1}**a** | albium (*item 4*) *v a. J* 4 uadum *v a. Brot. (S)* 5 fertor **A** *J.* -ritor **F**^{2}**a**^{3} *v.* -rior *r* 6 tigulia (ſig- **A**. tigullia *Brot.*) intus **A** *v.* -llia *S.* -ultias **D**^{2}**R**^{1}. -ltas **a**. -ltia **R**^{2}. -urtias **D**^{1}. -ia ac **d**. digultias **F**. *cfr. Niss. It. II p. 146* | regesta **DFR**^{1}**a**. et ſeg- **A** (?) *Brot. (J)* | tiguliorum *ll. Brot.* 7 magra **d**^{2}. agra **DFd**^{1}**a** 11 tria **DRa** | uardacate **A** *J.* -agate *CIL V n. 4484.* bardeccate **DR**^{1}. -ecate **R**^{2}**a**. -tae **F**. -erate **d** *v* 12 pollentia **AF**^{2} *v. om. r* | carrea **aT** *v.* -eo **DFRE**. correa **A** *D. cfr. CIL V p. 848 et n. 7496* 13 bagiennorum **F**^{1} *v.* baci- **Dd**. bati- **R**. paci- **a**. uagi- *r G* 14 asta **d** *v a. J. cfr. XXXV 160* 16 CCXII **R** 17 in septima in **F**^{1}**d** **TRa**. septimae in *v a. S. an* ei septima in? 19 tyrrheni **F**^{2} *v.* -rreni *S.* -renni **DF**^{1}**Ra**. -reni **A**

a sacrifico ritu lingua Graecorum Tusci sunt cognominati. primum Etruriae oppidum Luna, portu nobile, colonia Luca a mari recedens propiorque Pisae inter amnes Auserem et Arnum, ortae a Pelopi*d*is sive a Teutanis, Graeca gente. vada Volaterrana, fluvius Caecina, Populonium, Etruscorum
51 quondam hoc tantum in litore. hinc amnes Prile, mox Vmbro, navigiorum capax, et ab eo tractus Vmbriae portusque Telamo, Cosa Volcientium a populo Romano deducta, Graviscae, Castrum Novum, Pyrgi, Caeretanus amnis et ipsum Caere intus m. p. VII, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum, Alsium, Fregenae, Tiberis amnis a Macra CCLXXXIIII p. intus coloniae Falisca, Argis orta, ut auctor est Cato, quae cognominatur Etruscorum, Lucus Feroniae,
52 Rusellana, Seniensis, Sutrina. de cetero Arretini Veteres, Arretini Fidentiores, Arretini Iulienses, Amitinenses, Aquenses cognomine Taurini, Blerani, Cortonenses, Capenates, Clusini Novi, Clusini Veteres, Florentini praefluenti Arno adpositi, Faesulae, Ferentinum, Fescennia, Hortanum, Herbanum, Nepet, Novem Pagi, Praefectura Claudia Foroclodi, Pistorium, Perusia, Suanenses, Saturnini qui ante Aurini

§ 51: (8. 9) Mela II 72. — (10. 12) Sol. 2, 7. MCap. VI 642. — Cato fr. 47 (Peter fragm. hist. Rom. p. 50).

1 thusci *va. Brot.* (*J*) *ob verbum* θύειν 4 pelopidis (*Momms. ad Sol. 2,7*) *D.* -ope pisisque *ll. v* | Atintanis *G* 5 caecina **DF** *D.* cec- *rv* (*J*). -nna **d** *G* 6 amnis **F**^{1}**Ra** | pile **D**^{2}**Fa**. bi- **D**^{1}. prille *va. S* 8 uolciensium **R**. uoltientium **DF**^{1}. uolgi- **AF**^{2} 9 pyrgi **AF**^{2}*v.* -ge **DRa**. -go **F**^{1} 10 m. p. **ARd** *v.* imp. **DF**. impr. **a** | VII **A**. *om.* **D**^{1}. IIII *rv* 11 fregenae **A** *G.* phr- *B.* pregne (prae- **D**. -nae **F**) *r.* phr- *v* 13 feroniae *G.* foro- **A**. colo- (-nie **a**. -ne **R**) *r.* -nia *v* 14 sutrina **AF**^{2}(*B*) *G.* uricina **R**^{2}. tric- **R**^{1}. trit- *r.* cirtona *v* | arrentini **A**. arent- (*ter*) *rv a. B* (*item* § *53. 54*) 15 aretini **A** | fidentiores arretini *om.* **A**. *iteravit* **F**^{1}. (fidenates *corr.* **F**^{2}) 16 cortonienses **AF**^{2}. carto- **F**^{1}*va. B.* cortori- **D** 17 fluentini (-tim **R**^{1}) **DF**^{1}**Ra** *va. H* | arno **Ad**^{2}*v.* aruo **R**^{2}. ardo (arido **F**^{2}) *r* 19 nepet **A** *G* (*J*). -ta *B* (*S*). nepte **R**^{2}**p**. -pe **R**^{1}*v.* -pei *r* | praefecturae **DF**^{1}**Ra**^{1}**p** *va. G* 20 ante *ll. v* (*S*). -tea *H* (*J*) 20. 253, 1 aurini (-inini *va. J*) uocabantur **AF**^{2}*v.* r[illegible] (urim **R**) uocantur *r*

vocabantur, Subertani, Staton*i*enses, Tarquinienses, Tuscanienses, Vetulonienses, Veientani, *V*esentini, Volaterrani, Vol*c*entani cognomine Etrusci, Volsinienses. in eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustuminus, Caletranus.

(9) Tiberis, antea Thybris appellatus et prius Albula, 53
e media fere longitudine Appennini finibus Arretinorum profluit, tenuis primo nec nisi piscinis corrivatus emissusque navigabilis, sicuti Ti*n*ia et *C*lanis influentes in eum, novenorum ita conceptu dierum, si non adiuvent imbres. sed Tiberis propter aspera et confragosa ne sic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe meabilis fertur, per $\overline{\text{CL}}$ p. non procul Tiferno Perusiaque et Ocriculo Etruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox citra $\overline{\text{XVI}}$ p. urbis Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens. sed infra Arretinum Clanim 54
duobus et quadraginta fluviis auctus, praecipuis autem Nare et Aniene, qui et ipse navigabilis Latium includit a tergo, nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis, et ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus quam ceteri in omnibus terris amnes accolitur aspiciturque villis. nullique fluviorum minus licet 55
inclusis utrimque lateribus, nec tamen ipse depugnat, quam-

1 sudertani *B* | statonienses *ego coll. II 209. XIV 67. XXXVI 168. Varro r. r. III 12, 1. (Niss. It. II p. 335).* -tonenses *D.* ///ca- **AF**^{2}. statones **R***B.* sca- *rv* | tarquinienses — 2 uetulonienses **AF**^{2}*v. om. r* 2 uertulonienses **AF**^{2}*va. B* | ueientani **F**^{2}*C.* ucien- **A.** uenien- *r.* ueren- *v* | uesentini *C.* asent- **a.** esent- (-tani **Rp**) *rv.* uas- *B.* uis- *Momms. CIL XI p. 444* 3 uolcentani *D.* uolge- **A.** -tini **F**^{2}. uolce- *H. om. rv* | uolsienses **Rd.** -sis **DF**^{1}**a** 6 thybris **A***S.* tyb- **Rd***v(L).* tib- *rC(Brot.)* 8 profluit **AF***v.* -luū **Da.** -luuiū **R**^{1}. prope fluit **R**^{2} 9 tinia *B(J).* timia **ARa***H.* tymia *r.* tinna *v* | clanis *Pe Strab. V p. 235.* gla- (-nes **R**) *ll. v* 10 nouorum **DFa** 13 que *om.* **DFa** | ocricolo **DFa.** hoc- **R.** otriculo *va. G* 14 XIII **F**^{1}**da***va. S* 15 fidenate **DFRa***va. G* 16 intra **FRa***va. G* | clanim **A***Verc.* gla- *rv(C)* 17 actus **A**^{1}**FR**^{2}. -tis **R**^{1}. exactus **a** | praecipuus **DF**^{1}**R**^{1}**a** 18 ipsi **FRa**^{1} 23 nullisque **DF**^{1}**Ra** 24 pugnat **A***va. S(J)*

quam creber ac subitus incrementis est, nusquam magis aquis quam in ipsa urbe stagnantibus. quin immo vates intellegitur potius ac monitor, auctu semper religiosus verius quam saevus.

56 Latium antiquum a Tiberi Cerceios servatum est m. p. L longitudine: tam tenues primordio imperi fuere radices. colonis saepe mutatis tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli et ultra Cerceios Volsci, Osci, Ausones, unde nomen Lati processit ad Lirim amnem. in principio est Ostia colonia ab Romano rege deducta, oppidum Laurentum, *lu*cus *Io*vis Indigetis,
57 amnis Numicius, Ardea a Danaë Persei matre condita. dein quondam Aphrodisium, Antium colonia, Astura flumen et insula, fluvius Nymphaeus, Clostra Romana, Cercei, quondam insula inmenso quidem mari circumdata, ut creditur Homero, et nunc planitie. mirum est quod hac de re tradere hominum notitiae possumus. Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit — nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, urbem dumtaxat a Gallis captam dixit, Clitarc*h*us, ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam —
58 hic iam plus quam ex fama Cerceiorum insulae et mensuram posuit stadia LXXX in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Atheniensium magistratu, qui fuit urbis nostrae

§ 56: Sol. 2, 19. 3. — (10—13) Mela II 71. — Sol. 2, 5. — § 57: Sol. 2, 22. — Homer. ϰ 194. Theophr. h. pl. V 8, 3. Theopomp. fr. 144 M. cfr. Plin. II 201.

1 subitis **DFd***va.H* | est *ego.* et *ll.v* 3 auctus **DF**^{1}**a**. -tū **R**. -to **F**^{2} 5 cercior **a**. circeios **d**(?)*va.D* (*item infra*) | M. p. i. **DF**^{1}. M̄. p. **a**. LM p. **R**(?)*Brot.* 6 tenuis **DFR**^{1}**a**^{1} | primordii **R** 8 auru///ci **F**^{1}. -rū.ci **Da**. arunci **A***va.C* 9 circeos **a** | ausonis **A**. -naes **DFa** 10 a **Dd**(?)*va.S*(*J*) 11 lucus iouis *B*. ſolis **a**. locus ſolis *rv* 12 numitius **DFR** | dane **DF***va.B* 14 cerce **A**^{1}. -caei **F**. cerici **R**^{1}. cir- **R**^{2}. cernei **a** 16 et *ll.v*(*S*). at *C* | planicie **a**. -ciae **F**. -ci **R**^{1}. plane **d**^{2}**T** *va.C* 20 clitarcus **AD**. -rgus (clyt- **a**) *r* 22 ex **a***D*. et *rv*. e (*Nitzsch*)*S* | et *om.L* 24 nicodero **F**^{1}**Ra** | magistratu **d***S*. -rat **R**^{1}. -tui **AF**^{2}**R**^{2}**a**^{2}**p***v*. -tus *r*

CCCCXL anno. quicquid ergo terrarum est praeter $\overline{X}$ p.
ambitus adnexum insulae, post eum annum accessit Italiae.
aliud miraculum a Cerceis palus Pomptina est, quem locum 59
XXIIII urbium fuisse Mucianus ter consul prodidit. dein flumen Aufentum, supra quod Tarracina oppidum, lingua *V*olscorum Anxur dictum, et ubi fuere Amyclae sive Amynclae, a serpentibus deletae, dein locus Speluncae, lacus Fundanus, Caieta portus, oppidum Formiae, Hormiae dictum, ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes. ultra fuit oppidum Pirae, est colonia Minturnae, Liri amne divisa, *C*lani *olim* appellato, Sinuessa, extremum in adiecto Latio,
quam quidam Sinopen dixere vocitatam. hinc felix illa 60
Campania, ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles et temulentia nobilis suco per omnes terras incluto atque, ut veteres dixere, summum Liberi Patris cum Cerere certamen. hinc Setini et Caecubi protenduntur agri; his iunguntur Falerni, Caleni, dein consurgunt Massici, Gaurani Surrentinique montes. ibi Leborini campi sternuntur et in delicias alicae politur messis. haec litora fontibus calidis rigantur praeterque cetera in toto mari conchylio et pisce nobili adnotantur. nusquam generosior oleae liquor est, hoc quoque certamen

§ 59: Mela II 71. — Sol. 2, 32. 22. — (12) Liv. X 21, 8.

1 p. **A***J*. //// **R**. prope *rv* 3 pomptina **Fda***G* -puna **DR**. pomtina **A***D*. pont- *v* 4 XXXIII *H* 5 auentum **a**. Vfens *v e Verg. Aen. VII 802. Sil. It. VIII 382* | Terracina *H* 5. 6 lingua uulscorum (uol- *v*) **A***v*. uulscorum lingua F^2R^2. uulco linguarum (-gu F^1) *r* 6 anxur **A**F^2**p***v*. -ura *r* | siue amyncle (-lae *D*) **A***D*. siue amyticle (-lę F^2. -tide **D**. amit- **R**) *r*. *del. v* 7 speluncae lacus **A***G*. *om. rv* 8 gaieta **A** | hormiae **A***G*. *om. rv*. (hormiae — 9 existimauere *om. v*) 10 pirae **A***D*. pilo **a**. pylo *r*. pyrae *v* | est *om.* (**D**?)**FRa***vaS* 11 clani olī *ego*. glanico *ll. v*. -ca *J*. clani (*P*)*S e Strab. V p. 233*. glani *H*. -ni quondam (*U 53*)D^2 | appellata **A***J*D^1 | oppidum Sinuessa *C* | extrema *coni. S* 13 campania **A**F^2*S*. -ia est *rv*(*D*) 14 nobilis **Ap***v*. -li *r* 16 protenduntur **A**F^2*H*. or obt- **Da**. o obt- R^1. /////t- F^1. obt- R^2*v* | ualerni **A** 17 ſurgunt F^1. fung- **DR**. fug- a^2. fig- a^1 18 leborini **F**. *cfr. XVII 28. XVIII 111*. lepo- **a**. lebu- *rJ*. labo- *v* 19 politur **A***B*(*S*). populitur **D**F^1**a**. -latur F^2**R**(?)*H*. epulantur *v* | mensis **dT***va*. *B* 21 est *ego*. et *ll. v*

humanae voluptatis. tenuere Osci, Graeci, Vmbri, Tusci,
61 Campani. in ora Savo fluvius, Volturnum oppidum cum
amne, Liternum, Cumae Chalcidensium, Misenum, portus
Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus et Avernus, iuxta quem
Cimmerium oppidum quondam, dein Puteoli colonia Dicae-
archea dicti, postque P*h*legraei campi, Acherusia palus
62 Cumis vicina; litore autem Neapolis, Chalcidensium et ipsa,
Part*h*enope a tumulo Sirenis appellata, Herculaneum, Pompei
haud procul spectato monte Vesuvio, adluente vero Sarno
amne, ager Nucerinus et VIIII p. a mari ipsa Nuceria,
Surrentum cum promunturio Minervae, Sirenum quondam
sede. navigatio a Cerceis II de LXXX patet. regio ea a
Tiberi prima Italiae servatur ex discriptione A u g u s t i.
63 Intus coloniae Capua, ab XL campo dicta, Aquinum,
Suessa, Venafrum, Sora, Teanum Sidicinum cognomine,
Nola; oppida Abellinum, Aricia, Alba Longa, Acerrani,
Allifani, Atinates, Aletrinates, Anagnini, Atellani, Aefulani,
Arpinates, Auximates, A*b*ellani, Alfaterni et qui ex agro
Latino, item Hernico, item Labicano cognominantur, Bov*i*llae,

---

61. 62: (2—9) Mela II 70. — § 62: Sol. 2, 9. MCap. VI 642. Strabo V p. 246. — (11) Mela II 69. — § 63: (257, 2) Sol. 2, 7.

---

2 uulturnum **F^{2}a** *va. S.* ult- **DF^{1}R** 3 literno **R^2**. -turnum **A** 5 colofia **DF^{1}R^{1}a** 6 plegraei **A**. -gaei (fle- **R^2**) **DFR**. plebei **a** 8 parthenope **F^2***v.* parie- **Da**. parte- *r* | herculaneum **A***S.* -nium *rv* 9 spectato **A***S.* -ante **F^2***G.* //// spe- **F^1**. expe- *r.* aspe- *C(H)* | uesubio **A** | sarno **AF^2***v.* saraio *r* 10 amni **A** | et **A***G.* est *r.* est et *v* 12 sedes **F^{2}R^2**. -dis **R^1** | a *om.* **A** 13 descriptione **R^{2}ad***v a. D. cfr. § 46. 49* 14 XL (*add.* p.) *JD^1*. XL **AF^{2}d***v.* XI **R**. XI **D**. xi **F^1**. exi **a**. *del. G* 15 suesia **DR** 16 nolla **R^1**. nulla **DF^{1}a** | abellinaum **A**. bellinum **DFa** | aricia **R**(?)*v.* ricia **A**. rici *r* 17 agagnini **DFR**. agnin **a** | attellani **A**. atellanaui **a** | aefulani *(B)D^2*. lefu- **A**. uafu- **F^{2}Tp**. uefu- *v.* aefu- *Ven.* afu- *G.* a·fulania **a**. uaefu- **F^1**. ua·fu- **D**. -nico **R**. *cfr. Niss. It. II p. 614* 18 abellani *S.* aue- (aufe- **A**) *ll. G.* auxe- *v. cfr. CIL X n. 1199* | alfeterni **F^2**. -tarni **DF^{1}Ra** 19 lauicano **A**. albi- **a** | bouillae *B. cfr. CIL XIV p. 230.* -uellę **F^2***v(J)* -uelle **A**. bouillae — 257, 2 cognominantur *om. r*

Ca*i*atia, Casinum, Calenum, Capitulum Her*ni*cum, Cere*ati*ni
qui Mariani cognominantur, Corani a Dardano Troiano orti,
Cubulterini, Castrimo*e*nienses, Cingulani, *C*abienses in monte 64
Albano, Foropopulienses ex Falerno, Frusinates, Ferentinates,
Freginates, Fabraterni Veteres, Fabraterni Novi, Ficolenses,
Fregellani, Forum Appi, Forentani, Gabini, Interamnates
Sucasini qui et Lirenates vocantur, Ilionenses, La*ni*vini,
Norbani, Nomentani, Praenestini urbe quondam Stephane
dicta, Privernates, Setini, Signini, Suessulani, Telesini, Tre-
bulani cognomine Ballienses, Trebani, Tusculani, Verulani,
Veliterni, Vlubrenses, Vrbanates superque Roma ipsa, cuius 65
nomen alterum dicere *nisi* arcanis caerimoniarum nefas
habetur optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit
Valerius Soranus luitque mox poenas. non alienum videtur
inserere hoc loco exemplum religionis antiquae ob hoc
maxime silentium institutae. namque diva Angerona, cui
sacrificatur a. d. XII kal. Ian., ore obligato obsignatoque
simulacrum habet.

Vrbem tris portas habentem Romulus reliquit aut, ut 66

---

§ 65: Sol. 1, 4. Plut. quaest. Rom. 61 p. 278[f]. Lydus de mens. 4, 50. (cfr. Plin. XXVIII 18. Serv. Aen. II 351. georg. I 498). — § 66: Varro LL V 164.

---

1 caiatia *Momms. CIL X p. 444.* calatiae **AF**^{2}*va. D*^{2} | hernicum, cereatini *He Strab. V p. 238.* hornetum (orn- **F**^{2}. hern- *v.* cern- *B*) cernetani **AF**^{2}*v. om. r* 2 corani **A***v.* cho- *r* 3 cuburterini **DRd**. -terrini **F**. -tessi (*om.* ni — 4 frusi) **a** | castrimoenienses *Niss. It. II p. 584 coll. CIL XIV p. 239.* -onienses *ll. v* | cabienses *B*^{1}. *cfr. Momms. bull. arch. 1861 p. 206. Bücheler Umbrica p. 141.* fab- *C cum B*^{2}. gab- *ll. v.* cabenses *CIL XIV n. 2228* 4 foropopillienses *D*^{2} *coll. CIL X n. 4722. 4725* 5 fabraterni **AR**^{2}*G*(*J*). fraba- *rv*(*S*) | ueteres fabraterni *om.* **Aa** | frabaterni **R**^{1} | ficolenses **AF**^{2}*v.* figo- *r* 6 foroappi **DFRa***va. S* | gabini **A***v.* -bani *r* | interamnates **AF**^{2}*v.* -netes *r* 7 sucasini **A***J.* succa- **D**^{2}**FRa***H.* -sani **D**^{1}**d***v* | laniuini (*B*)*D.* lanuini *J*^{2}. lauini *ll. v* 9 segnini **A***Dal.* | telhini **DFRa**. telini **d***va. S* 10 ballienses **A***D.* ballini- *rJ.* balini- *v* 11 urbanates **p***D coll. XIV 62.* urua- **DF**^{1}**Ra**. urbyn- **A**. urbin- **F**^{2}*S.* uluarn- *v.* uluern- **d**(?)*C* 12 nisi *Momms. CIL I p. 409. om. ll. v* 17 ad diem **Fda***va. H* 19 aut ut *ll. v.* ut **p***D*

plurimas tradentibus credamus, IIII. moenia eius coll*e*gere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditae DCCCXXVI m. p. XIII·CC, conplexa montes septem. ipsa dividitur in regiones XIIII, compita Larum CCLXV. eiusdem spatium mensura currente a miliario in capite Romani fori statuto ad singulas portas, quae sunt hodie numero XXXVII, ita ut XII portae semel numerentur praetereanturque ex veteribus VII, quae esse desierunt,
67 efficit passuum per directum XX·M·DCCLXV. ad extrema vero tectorum cum castris praetoriis ab eodem miliario per vicos omnium viarum mensura colligit paulo amplius $\overline{LX}$ p. quod si quis altitudinem tectorum addat, dignam profecto aestimationem concipiat fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuisse ei comparari. clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi, inter prima opere mirabili; namque eum muris aequavit qua maxime patebat aditu plano. cetera munita erat praecelsis muris aut abruptis montibus, nisi quod exspatiantia tecta multas addidere urbes.

68 In prima regione praeterea fuere in Latio clara oppida Satricum, Pometia, Scaptia, Politorium, Tellena, Tifata, *Caen*ina, Ficana, Crustumeri*a*, *Ameriol*a, Medullum, Corni-

§ 67: Dion. Hal. IV 54 p. 773.

1 IIII **F**^{2}*v*. *om.r* *D*^{1} | collegere *v*. collig- *ll* 2 urbis conditae **F**^{2}*D*^{2} 3 DCCCCXXVI **FR**. -XXV **Dad**. DCCCXXVIII *va.H* | *dist.D* 4 compita **R**(?)*v*. -tu *r* | larum **DFda***G*(*S*). -rium **R**(?)*L*. earum *B* 5 mensura currente *v*. -rae (-re **R**) -ntē *ll* 7 portę **F**^{2}**R**^{2}. -te *r*. *om.***p***v* | semel — 8 praete **F**^{2}**R**^{2}**p***v*. *om.r* 9 X$\overline{X}$X·M **F**^{2}*va.S* | DCCCC *Niss.mus.Rhen.XLIX*(*1894*) *p.285* 10 praetorii **DFR** 11 LX *Niss.l.l.* $\overline{XX}$ *ll*. $\overline{LXX}$ *v* 12 quod **d***v*(*S*). quo *ll.G*. *cfr.XXXIV 115* 15 agere **DFR**^{1}**a** 17 plane **DFR**^{1}**a**^{1} | cetera **ap**. -ro *rv* | erant **p** 18 expatentia **F**^{2} | multis **F**^{1}**a** 21 satriocum **F**^{1}. atr- **DRa** | Pitulum, Politorium *va.S* | terrena **a**. tellana **R**. -llene *va.J*. -nae *Liv.I 32,2* | tifacta **DF**^{1}**a** 22 caenina *B*. caecina **Fd**. cec- *rv* | crustumeria *ego*. -ium *B*. -minū *v*. crustu **R**. -tū *r* | ameriola *B*. meridia **Dda***v*. merid//// **F**^{1}. meri////a **R**. -ria **F**^{2}**p**. *del.D*^{2} | medullia *B*

culum, Saturnia ubi nunc Roma est, Antipolis quod nunc
Ianiculum in parte Romae, Antemnae, Camerium, Collatia,
Amitinum, Norbe, Sulmo, et cum iis carnem in monte 69
Albano soliti accipere populi Albenses: Albani, Aesolani,
Accienses, Abolani, Bubetani, Bolani, Cusuetani, Coriolani,
Fidenates, Foreti, Hortenses, Latinienses, Longani, Manates,
Mac*r*ales, Munienses, Numinienses, Olliculani, Octulani,
Pedani, Poletaurini, Querquetulani, Sicani, Sisolenses, Tole-
rienses, Tutienses, Vimitellari, Velienses, Venetulani, Vitel-
lenses. ita ex antiquo Latio LIII populi interiere sine 70
vestigiis. in Campano autem agro Stabiae oppidum fuere
usque ad Cn. Pompeium L. Catonem cos. pr. kal. Mai., quo
die L. Sulla legatus bello sociali id delevit, quod nunc in
villam abiit. intercidit ibi et Taurania. sunt morientes
Ca*s*ilini reliquiae. praeterea auctor est A n t i a s oppidum
Latinorum Ap*i*olas captum a L. Tarquinio rege, ex cuius
praeda Capitolium is inchoaverit. a Surrentino ad Silerum
amnem XXX m. p. ager Picentinus fuit Tuscorum, templo
Iunonis Argivae ab Iasone condito insignis. intus oppidum
Salerni, Picentia.

§ 70: (17) Mela II 69. — Sol. 2, 7.

2 in **F**[2]**p***v*. *om*.*r* | roma ē **Da** | antemnas **F**[2]. -na **DF**[1]. -mpna **a** | cullatia **Ra** 3 Amiternum *va*.*H* 4 aeſulani (*Niebuhr hist. Rom. I p. 223*) *S*. aefulani *coni. Niss. It. II p. 556* 5 nubetani **FRa***va*.*B* | cosuetani **F**[2] 6 longulani *B* 7 macrales *v*. -cnales (-ates **D**[1]) *ll*. maenales **F**[2] | munienses **Ra** *v*(*D*). mumi- **DF**. mutucumenses *B*. *add*. munienses *G* | numintenses (*Sieglin*) *D*[2]. *om*.**a** 8 pollustini *B*. -scini (*Niebuhr l.l.*) *S* 9 uimitellari (uini- **p**) *C*. -elari **R**. -erali *v*. uinutellarii **d**. -elari *r* | uelienses **d***v*. uili- **p**. uelli- *ll* | uitellenses **d***H*. uice- *ll*.*v* 12 carbonem *B* | a. P̄R̄. **FRa**. *add*. d. **F**[2] | mai. **a**. mai *rS*. maii *v* 13 id **F**[2]**E**[2]*v*. i *r* 14 uilla **R**[1]. -as **R**[2]*va*.*H* | habuit (-biit **R**[1]) interdicit **FR**[1]**a** | morientis *va*.*S* 15 casilini *G*. calini *ll*. scal- *v* 16 apiolas **a**[3]*v*. apeo- *ll* 17 is **d***G*. //is **F**. inſ **DR**[1]. *del*.**R**[2]. in fine **Eap**. is in fine *v* | choauerit **E**. coauere **a** | surrento **FR***G* | silarum **R**(?)*va*.*D* (*item* § *71.74*). siderum **E**. syd- **a** 18 acer **DEa**. a///// **F**[1] 19 argiuae **F**[2]*B e Sol. 2,7*. arciae **E**. -ie **a**. artiae **DF**[1]. ar////e **R**[1]. arie **R**[2]. -itiae **d**. -igiae *v* 20 salerni **F**[2]**dR**[2]**E**[2]**p***v*. -lusni **E**[1]. -liisni **DF**[1]. -luni **R**[1]. -lus in **a**

71 (10) A Silero regio tertia et ager Lucanus Bruttiusque
incipit, nec ibi rara incolarum mutatione. tenuerunt eum
Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Graeciae maxime
populi, novissime Lucani Samnitibus orti duce Lucio. oppidum Paestum, Graecis Posidonia appellatum, sinus Paestanus,
oppidum Elea quae nunc Velia, promunturium Palinurum,
a quo sinu recedente traiectus ad Columnam Regiam C m. p.
72 proximum autem flumen Melpes, oppidum Buxentum, Graeciae Pyxus, Laus amnis. fuit et oppidum eodem nomine.
ab eo Bruttium litus, oppidum Blanda, flumen Baletum,
portus Parthenius Phocensium et sinus Vibonensis, locus
Clampetiae, oppidum Tempsa, a Graecis Temese dictum,
et Crotoniensium Terina sinusque ingens Terin*ae*us. op-
73 pidum Consentia intus. in p*ae*ninsula fluvius Acheron, a
quo oppidani Aceruntini. Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus, portus Herculis, Metaurus amnis, Tauroentum oppidum, portus Orestis et Med*m*a. oppidum Scyllaeum, *C*rataeis fluvius, mater, ut dixere, Scyllae. dein

§ 71 (5). 72: Mela II 69. — § 73: Mela II 69. 68. — Sol. 2, 22.

2 rara **R**(?)*v.* clara *r* | eam **R**(?)*C* 3 morgetes *v e Strab. VI p. 257. 270.* -gentes *ll* 4 lucani **F**^{2}**p***v*(*J*). leuc- (-nus **E**^{1}**a**) *rS* | a Samnitibus *va. S*(*J*) | oppidū *G.* -da *ll. v* 5 paestum *v.* prae- *ll* (*item infra*) | possidonia *ll* 6 helia *C* | quod **R**^{2} | uelia **FdE**^{2}**ap***v.* uela *r* 7 sinu **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2}*v.* simul *r* | columnam **F**^{2}*B.* -niam (cal- **a**) **DF**^{1}**R**^{1}**Ea**. coloniam **R**^{2}**dp***v. cfr. § 73. 86* 8 autem *ll. S*(*D*). -tem huic *v*(*J*). *an* huic? | graecae **F**^{2}. -ce *C* 9 pyxus **DF***B.* -xius **Ed**. -x//// **R**. pixius **a**. prius *v* | eodem — 10 oppidum *om.* **DF**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 10 brutium **R**^{2}*va. S.* brytt- **F**^{2} | blandat **Da**. -dae **F**^{1} (*an recte*?). -diu **R**^{1} | Batum *C* 11 parthaenius **F**^{2}. por- **DF**^{1}. -themius **a**. -mus **E** | phocensium et *ego.* et phoc- *ll. v.* phoc- *G. cfr. Sol. 2, 7* (*ubi* Phocaënsibus *Momms.*) 12 tempsa **F**^{2}*v*(*D*). tam- **R**^{2}**E**^{2}**p**. tempra **D**^{1}. -pora *r.* temsa *Dal.* | temese **F**^{2}**d***v.* temere esse **E**^{2}. etemesse (exe- **a**. et te- **E**^{1}) *r* 13 gens **DFE**^{1}**a** | terinaeus **d**(?)*G.* -intur **R**^{1}. -itur **R**^{2}. -inus (terr- **F**^{1}) *rv*

14 in paeninsula *del. Niss. It. II p. 933 n. 8* 15 aceruntini **DRE**. acaer- **F**^{1}. acher- **a**. achaer- **F**^{2}. acheront- *v. cfr. CIL IX p. 43* | bippo **DE**^{1}**a** | uibonem *v.* biuo- **F**^{2}. uiuo- *r* 16 tauranium *B* 17 medma *B*(*H*) *e Strab. VI p. 256.* -edua **F**^{2}*G.* -etua **a**. -eddua *rv.* meduma *coni. J*^{2} 18 crataeis *G.* -tis *v.* grataeis (-teis **R**) *ll*

Columna Regia, Siculum fretum ac duo adversa promunturia, ex Italia *Cae*nus, e Sicilia Pelorum, XII stadiorum intervallo, unde Regium *XCIV*. inde Appennini silva Sila, 74
promunturium Leucopetra $\overline{XV}$ p., ab ea $\overline{LI}$ Locri, cognominati a promunturio Zephyrio. absunt a Silero $\overline{CCCIII}$.

Et includitur Europae sinus primus. in eo maria nuncupantur: unde inrumpit, Atlanticum, ab aliis Magnum; qua intrat, Porthmos a Graecis, a nobis Gaditanum fretum; cum intravit, Hispanum quatenus Hispanias adluit, ab aliis Hibericum aut Baliaricum; mox Gallicum ante Narbonensem
provinciam; hinc Ligusticum; ab eo ad Siciliam insulam 75
Tuscum, quod ex Graecis alii Notium, alii Tyrrenum, e nostris plurimi Inferum vocant. ultra Siciliam quod est ad Sallentinos, Ausonium P o l y b i u s appellat, E r a t o s t h e n e s autem inter ostium oceani et Sardiniam quicquid est Sardoum, inde ad Siciliam Tyrrenum, ab hac Cretam usque Siculum, ab ea Creticum.

(11) Insulae per haec maria primae omnium Pit*y*ussae 76
Graecis dictae a frutice pineo; nunc Ebusus vocatur utraque, civitate foederata, angusto freto interfluente. patent

---

§ 74: (7) cfr. Mela 1, 7. — (10) Sol. 23, 14. — § 75: Polyb. XXXIV 15, 4 Hultsch. Eratosth. fr. p. 92 Berger. — § 76. 77: MCap. VI 643. — § 76: Mela II 125. 126. Sol. 23, 11.

---

1 columna **F**^{2}**R**^{2}*B*. -nia *r*. colonia *v. cfr. §71* 2 caenus *D*. -nys *B e Strab. VI 257*. cenus *ll*. -nis *v* 3 XCIV *ego coll. Strab. l. l.* XCIII *D*. XLIII *ll. v*. XX p. **F**^{2} *in ras*. XII MD p. *B* | sila **E**^{2}*G*. *om. r v* 4 XII M *va. S* | $\overline{LI}$ *D*. li **F**^{1}**E**^{2}p. L **R**^{2}. ti **DE**^{1}**a**. *om. r v* | locri **F**^{2}*v*. lucri *r* 6 eo *ll. S*. eoque *B*. eo quē *v* 8 porthmos **E**^{2}*v*. parth- **F**^{2}. portīnos p. porimos **R**^{2}. posimus **D**. possi- **F**^{1}**R**^{1}. possu- **E**^{1}**a** 9 abluit **DFEa**. ill- *L* 10 aut baliaricum *om.* **DF**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a** 12 tuscum **R**^{2}*v*. -cam (turc- **R**^{1}) *r* | ionium (*pro* notium) *Sol. 23, 14* 13 quod est *om.* **d**(?) *G* 14 sallentinos p*D*. sale- *v*. selle- (sele- **Fa**) *ll* 15 sardiniae **DE**^{1} | sardonium **F**^{2}**E**^{2} 16 tyrrehnum **F**. threnum **a** 18 pitiussae **F**^{2}. -sse **R**. -tuisse **D**^{1}**E**^{2}. potuisse (-ssae **F**^{1}) *r*. pityusae *va. S* 19 a graecis **a**^{3}*va. S* | frutice *v*. frituce **F** -tice **R**^{1}**a**. -cae **DF**^{1}**E**^{1}. brutice **E**^{2}. britt- **F**^{2}

XLVI, absunt ab Dianio DCC stadia, totidem Dianium per continentem a Carthagine Nova, tantundem a Pit*y*ussis in
77 altum Baliares duae et Sucronem versus Colubraria. Baliares funda bellicosas Graeci Gymnasias dixere. maior $\overline{C}$ p. est longitudine, circuitu vero CCCCLXXV. oppida habet civium Romanorum Palmam et Pollentiam, Latina *G*uium et Tucim, et foederatum Bocchorum fuit. ab ea XXX distat minor, longitudine XL, circuitu CL. civitates habet *Iam*onem,
78 Saniseram, Magonem. a maiore XII in altum abest Capraria, insidiosa naufragiis, et e regione Palmae urbis Menariae ac Tiquadra et parva Hannibalis. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariae parit, ideo infesta omnibus nisi Ebusitanam terram inferentibus; Graeci Ophiussam dixere. nec cuniculos Ebusus gignit, populantes Baliarium messes.
79 Sunt aliae viginti ferme parvae mari vadoso, Galliae autem ora in Rhodani ostio Metina, mox quae Blascorum vocatur, et tres Stoechades a vicinis Massiliensibus dictae

§ 77: Mela II 124. — (7) Sol. 23, 12. — (Agathem. 20 p. 481). — § 78. 79: MCap. VI 643. — § 78: (11) Sol. 23, 11. 12. Mela II 126. cfr. Plin. XXXV 202. VIII 226. — § 79: (17) Mela II 124.

1 XVI **D**^{2}. XLII M *va. H* | dianio **F**^{2} *Sol. v.* -nia **F**^{1}**R**. -niam *r* | DCC — dianium **F**^{2}**E**^{2}*v. om. r* | Dianium *del.* (*Sieglin*) *D*^{2} 2 tantum **DF**^{1}**RE**^{1}**a** | dem — 3 altum *om.* **DF**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**a**. (in altum *deest in* **R**^{2} *marg. absciso* | pituissis **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2} 3 baliares **F**^{2}**E**^{2}*S.* -ris **F**^{1}. daliaris **Da**. daria- **E**^{1}. balea **R**^{2} (*marg. absc.*). -ares *v* | dua/// **F**^{1}. -as **DR**^{1}**E**^{1}**a** | baltiares **a**. balea- **F**^{2}**R** *va. S* 5 CCCLXXV M *H.* -LXXX M *v* 6 pollentiam **d***v.* pole- *ll. Ven.* (*D*^{2}). *cfr. Ptol. II 6,73* | Guium *D*^{2} *philol. XXXII p. 651.* cinium **Rd** (?) *B.* ciui- *rv* | tucim *ll. Brot.* -ini *v.* cunici *B* | hocchorum **F**^{1}**a**. hoch- **R**. bochri *G* 8 LX **R** | circuitū **Ra** | Iamonem *Ven.* (*Hübner CIL II n. 3711*) *D*^{2}. labo- *ll. v* (*D*^{1}). Iamno- (*B*) *C coll. Ptol. l. l. Mela II 124*
10 Meraria *va. G* 11 triquadra et **R**^{2}*D*^{2}. -dra *v.* tiquadra et **DF**^{2}**E**^{2}*G.* -dr//// **F**^{1}**E**^{1}. -dret **R**^{1}**a** | ebussi **DF**^{1}**Eo**. ebru- **R**
12 colubraria **o** | parit **F**^{2}**R**^{2}**E**^{2}**o***v.* -rat *r* | ebustanam **o**. ebusit (*om.* anam — 14 gignit) **R**^{1} 13 ophiusam **R**^{2}*va. S.* ofiu- **F**. ofio- **a**. offio- **o** | ne **a**. *om.* **o***va. B* 15 uadosa **F**^{1}**a**^{1} 16 metina **Ra***v.* -tma **DF**. -tnia **E** | blascorum **R***D.* bra- **Ea**. blasconus *r.* -con *B e Strab. IV p. 181*

propter ordinem quo sitae sunt. nomina singulis Prote,
Mese, quae et Pomponiana vocatur, tertia Hypaea, ab iis
Sturium, Phoenice, Phila, Lero et Lerina adversum Anti-
polim, in qua Berconi oppidi memoria.
6. (12) In Ligustico mari est Corsica, quam Graeci 80
Cyrnon appellavere, sed Tusco propior, a septentrione in
meridiem proiecta, longa passuum CL, lata maiore ex parte
L, circuitu CCCXXV. abest a Vadis Volaterranis LXII,
civitates habet XXXII et colonias Marianam, a C. Mario
deductam, Aleriam, a dictatore Sulla. citra est Oglasa,
intra vero, et LX p. a Corsica, Planasia a specie dicta,
aequalis freto ideoque navigiis fallax. amplior Vrgo et 81
Capraria, quam Graeci Aegilion dixere, item Igilium et
Dianium, quam Artemisiam, ambae contra Cosanum litus,
et Barpana, Menaria, Columbaria, Venaria, Ilva cum ferri
metallis, circuitus C, a Populonio X, a Graecis Aethalia
dicta. ab ea Planasia XXVIII. ab iis ultra Tiberina ostia
in Antiano Astura, mox Palmaria, Sinonia, adversum For-

§ 80—82: MCap. VI 644. — § 80: Mela II 122. (Oros. I 2, 54. Dim. 16). Dic. 8, 13. (Agathem. 20 p. 482). — (9) Sol. 3, 3. 2. — § 81: Sol. 3, 2. — (17) Mela II 121.

1 quo sitę sunt **F**^{2} *in ras. G cum P(S)*. -ta erunt **T**. -tae sunt erunt *va. B*. quos iterum **D(F**^{1}**)Ea**. quos ita **d**^{2}. quas item **R**(?) *B(L)* | nomina *ll. v(G)S*. -nant **d**^{2}*B(L)* | singulis uocabulis Proten *B(L)* 2 mese **F**^{2}**(E?)***v(G)S*. mesese *r*. et Mesen *B(L)* | hyppaea **DF**. -ppea **Ra** | his *C* 3 iturium **DFRa***D*^{1} | Phila, Lero *B*. phylarero **DFEa***v*. pylareso **R** 4 berconi **DF**^{1}**Ea***D*. -rgoni **R**. -gani **d**. uergoni **F**^{2}. -oani *v* 6 cyrno **DF**^{1}**E**^{1}. cirinon *Dic*. cirnum **o** 7 CLX *Dic*. 8 L *om*. **a**(*Dic*.) | LXX **a**^{1}. (LXII *pro corrupto hab. H*) 9 XXXIII **FE**^{2}*MCap*. 10 ogalasa **a**
11 et *del. va. S* | planasia *D coll. v. 17 et Sol. 3, 2*. -aria (-ana **R**) *ll. v* 13 aegilion **R***S*. -gylion *r*. -gilon *ve Sol*. | igilium (milgium **R**) *ll. v(S)*. eg- *C*. aeg- *(P)L* 14 artemisiae (artom- **D**) **DRE**^{1}. -sie **a** 15 barpana (barua- **F**^{2}**E**^{2}) *ll. H*. -pona *B*. uap- *v*. paruae *G*. carbania *Mela II 122* | menaria *ll. v(Brot.)D*. maen- *L(S)*. *an* Mellaria? *cfr. Niss. It. II p. 988* | ueneria *MCap*. | ilua **d**(?)*v*. flua *ll* 16 circuitu *va. D. cfr. § 82 extr. 84. 86* 17 planaria **F**^{2} 18 astura **a**^{3}*B*. //stu- **d**^{2}. stu- *rv* | sinonia **E**^{2}*v*. -ia et **F**^{2}**a**^{3}*G*. -nuniae **F**^{1}**d**. -numiae **DE**^{1}**a**. sisunie **R**

82 mias Pontiae. in Puteolano autem sinu Pandateria, Prochyta,
non ab Aeneae nutrice, sed quia profusa ab Aenaria erat,
Aenaria a statione navium Aeneae, Homero Inarime dicta,
Pithecusa, non a simiarum multitudine, ut aliqui existimavere, sed a figlinis doliorum. inter Pausilypum et *N*eapolim Megaris, mox a Surrento VIII distantes Tiberi prin-
83 cipis arce nobiles Capreae circuitu X*I*·M, (13) Leucothea
extraque conspectum pelagus Africum attingens Sardinia,
minus VIII p. a Corsicae extremis, etiamnum angustias eas
artantibus insulis parvis, quae Cuniculariae appellantur,
itemque Phintonis et Fossae, a quibus fretum ipsum Taphros
nominatur.
84 7. Sardinia ab oriente patens CLXXXVIII p., ab
occidente CLXXV, a meridie LXXVII, a septentrione CXXV,
circuitu DLXV, abest ab Africa Caralitano promunturio
CC, a Gadibus |XII|·L. habet et a Gorditano promunturio
duas insulas quae vocantur Herculis, a Sulcensi Enosim,
85 a Caralitano Ficariam. quidam haut procul ab ea et

§ 82: Mela II 121. Sol. 3, 2. Dion. Hal. I 53 p. 135 extr. Serv. Aen. IX 715. Homer. *B* 783. — § 83—85: MCap. VI 645. § 83: Mela II 121. 123. Dic. 8, 14. 17. — § 84: Mela II 123. (Oros. I 2, 53. Dim. 17). Dic. 8, 14. cfr. Strabo V p. 225. Agathem. 20 p. 482. Anon. fr. I 1 (GGm II p. 509). — § 85: Mela II 123. — Timaeus fr. 27 Müller. Sol. 4, 1. — (265, 11) Sol. 3, 2.

1 pandataria *va.S.* pantatoria *codd. MCap.* | prochita **E**^{2}. -cyta **DFR**. -cita **E**^{1}**a** 2. 3 erat aenaria **E**^{1}*v.* erat (aerat **DR**) enariae (-rae **D**^{2}) **DFRE**^{2}**a**^{2}. tenarie **a**^{1} 3 a *om.* **a**. //// **R**. ipsa a *va.D* | dicta grece (graecis *v*) **F**^{2}**E**^{2}**d**^{2}**T** *va.S* 5 neapolim **F**^{2}**dT***v.* mea- *r* 6 surrento **E**^{2}*v.* syre- (sire- **R**) *r* 7 XI *Brot. cum Secundo (ap. Rezzon.).* XL *ll.v* | M *del.* **F**^{2}. M. p. **a**^{3}*G*(*S*). M. p. CX *v.* M. p. Mox *L* 8 que **a**^{3}*G*. quē (quē in **E**) *ll.v* 9 VIIII **d** *va.H* | etiam **E***D*^{2} 10. 11 *dist. va.J* 11 phintonis **ad***G*. pinthor. *cfr. Ptol. III 3, 8* | fossae **da**^{3}*v e MCap.* forsae *ll* | tapsos **F**^{2} 14 CLXXII *Dic.* | a meridie — CXXV (CXXII **E**^{2}) **F**^{2}**E**^{2} *MCap. v. om. r Dic.* 15 circuitu **F**^{2}**E**^{2}*v.* -it *r.* -itus eius *Dic.* 16 |XII|·L *D*^{2} *ME p. 3 n. 1 coll. II 243 extr.* XIIII **R**(*B*). XIIII·I *r.* XIIII·L **T**. XIII·L *v* 17 aenosim **DFE** 18 ficaria galatamque *codd. MCap.* | etiam (*pro* et) **a**^{3}*va.S*

Leberidas ponunt et Callode et quam vocant Hera*s* l*u*tra. celeberrimi in ea populorum Ilienses, *B*alari, Corsi, oppidorum XVIII Sulcitani, Valentini, Neapolitani, Bitienses, Caralitani civium R. et Norenses, colonia autem una, quae vocatur Ad Turrem Libisonis. Sardiniam ipsam Timaeus Sandaliotim appellavit ab effigie soleae, Myrsilus Ichnusam a similitudine vestigii. contra Paestanum sinum Leuc*o*sia est, a Sirene ibi sepulta appellata, contra Veliam Pontia et Isacia, utraeque uno nomine Oenotrides, argumentum possessae ab Oenotris Italiae, contra Vibonem parvae quae vocantur Ithacesiae *ab* Ulixis specula.

8. (14) Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania 86 Thucydid*i* dicta, Trinacria pluribus aut Trinacia a triangula specie, circuitu patens, ut auctor est Agrippa, $\overline{\text{DCXVIII}}$ p., quondam Bruttio agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa, $\overline{\text{XV}}$ in longitudinem freto, in latitudinem autem

§ 86. 87: MCap. VI 646. (Oros. I 2, 52. Dim. 13). Dic. 8, 3. 19. 4. 5. 6. — § 86: Sol. 5, 2. Mela II 115. Agrippa fr. 7 R. Timosth. ap. Agathem. l. l. Anon. fr. II (GGm II p. 510). — (15) Sol. 2, 22. cfr. Plin. II 204. — Sol. 5, 5.

1 leberidas D^2 *e codd. MCap.* beleridas **F**^{2}*v*. -da **DF**^{1}**R***S*. belle- (-as **a**^{3}) **a**. berelidas **E**^{2}*Dal.* -da **E**^{1}*D*^{1}. balaridas *coni. B* | callodē **a**^{3}. coll- *va.S* | Heras lutra *B e MCap.* -alytra **DF**. -alitra *r* 2 balari *B e Paus. X 17, 9. Strab. V p. 225.* sal- *ll.v* 2. 3 *dist. va.J* 3 XVIIII **E**. XIIII *va.H* | bitienses **d**^{2}. *cfr. Ptol. III 3, 3 (p. 377*^{a}*).* uitenses **F**^{2}**E**^{2}*D*^{1}. *om. r.* bosenses *G e Ptol. III 3, 7.* boce- *v* 4 caralitani **F**^{2}**E**^{2}**d**^{2}*v*. *om. r* 5 turrim **R**^{2}**d***va.D* | libisonis (lyb- **a**) *ll.v (D). cfr. Ptol. III 3, 5.* libys- *Ven.* 6 myrsilur (mir- **a**) **Da**. -lu/// **F**^{1}. -luer **E** | ichnusam **T***v e Sol.* ichitus- **Ea**. ichnis- **R**^{2}*e corr.* ichnytus- **F**. -tys- **D** 7 paestanum **DRa***v*. pest- **F**^{2}. p///t- **F**^{1}. prest- **E**^{1}. -ntum **E**^{2} | Leucosia (*Müllenhoff*) *D*^{2}. *cfr. II 204.* -casia *ll.v* 9 Iscia *G* 10 eo enotris (oen- **E**) **DF**^{1}**Ea** 11 ab (*P*) *H e MCap. om. ll.v* | specula *v e Sol. et MCap.* spectaula **E**. -aculu **dT**. espe- **R**^{2}. exspe- **F**. expe- *r* 12 claritate *B e Dic.* -tes **F**^{2}**R**^{2}*v*. -tis *r* | sichania (sica- *v*) a **R**(?)*va.G (Brot.)* 13 thucydidi *G*. -de *ll.v (Brot.)* | trinacria a **R**(?)*va.G (Brot.)* | autem **F**^{2} | trinatia **RE**. *om. Dic.* triquetra *va.S* 14 DXXVIII *D coll. § 87* 16 XII *va.H* | //// fraeto **F**. autem freto **DEa**

M·D p. iuxta Columnam Regiam. ab hoc dehiscendi argu-
mento Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine
87 Italiae sito. in eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis
mare verticosum, amb*ae* clarae saevitia. ipsius triquetrae,
86 ut diximus, promunturium Pelorum vocatur adversus
Scyllam vergens in Italiam, Pachynum in Graeciam,
CCCCXL ab eo distante Peloponneso, Lilybaeum in Africam
CLXXX intervallo a Mercuri promunturio et a Caralitano
Sardiniae CXC. inter se autem promunturia ac latera
distant his spatiis: terreno itinere a Peloro Pachynum
CLXXVI, inde Lilybaeum CC, unde Pelorum *C*CXLII.
88 coloniae ibi *V*, urbes aut civitates LXIII. a Peloro mare
Ionium ora spectante oppidum Messana civium R., qui
Mamertini vocantur, promunturium Drepanum, colonia
Tauromenium, quae antea Naxos, flumen Asines, mons
Aetna, nocturnis mirus incendiis. crater eius patet ambitu
stadia viginti; favilla Tauromenium et Catinam usque
pervenit fervens, fragor vero ad Maroneum et Gemellos
89 colles. scopuli tres Cyclopum, portus Vlixis, colonia Catina,
flumina Sym*aeth*um, Terias. intus Laestrygoni campi.
oppida Leontini, Megaris, amnis Pantagies, colonia Syracusae

§ 87: Sol. 5, 2. — (5) Mela II 115. 116. Timosth. ap. Agathem. l. l. p. 483. — § 88: MCap. VI 647. Mela II 117. 119. Sol. 5, 5. — § 89: Mela II 117. 118. Sol. 5, 14. 5, 8 extr. Mela II 118.

1 dehiscindi **Da**. dih- **F**^{1}. decisc- **E**^{1}. disc- *Dic.* 3 est **F**^{2}**E**^{2}**a**^{2}*v*. et *r Dic.* | scyllae *D*^{2} *UZ p. 25. sed cfr. Mela (Sen. ep. 79, 1)* 4 ambae *Dic.* -bose **DR**^{1}**E**^{1}**a**. -bo *rv* | clarae seuitia *Dic.* -ra saeuitiae **DE**^{1}**a**. -ra -tia *r*(?)*v* | triquetra **F**^{1}**E**^{1}**a**. -tiae **R**^{1}. -quadrae *Dic.* 5 pelorus **F**^{1}**a**^{2}*v a. S. cfr.* Pelorias *§ 90 (Mela, Sol., MCap.)* 7 CXL **F**^{2}. CXLIIII *v a. H* 8 et a **R**(?)*v*. et *r* 9 CXX M *v a. H* | autem haec **R**(?)*v a. D*^{2} 10 distantis **R**^{1}**d**. -nt **F**^{1}**R**^{2}. -ntia *Dic.* 11 CLXXVI *ego e MCap.* -XXXVI *ll. H.* -XVI *v* | unde **DFEa**. inde **R**(?)*Dic. v* | CCXLII *ego.* CXLII *ll. D.* -LIII *MCap.* CLXX **F**^{2} *in ras. v* 12 V *P e MCap. om. ll. v a. H* | aut *ll. S.* ac *v*(*J*) 13 //// spectante **F***v*. expe- *r Dic.* | oppidū **a**^{3}(**R**?)*v*. -do *r Dic.* 17 Catanam *B (item infra)* 18 Maronem *v a. S* 20 symaethum *v*. -metum *ll* 21 pantagies **F**^{2}**d***v*. -gyes **R**^{2}. -gees **E**^{2}. -cies **F**^{1}**a**. -cyes *r D*^{1}. *cfr. MPt p. 399*^{b}

cum fonte Arethusa, quamquam et Tem*e*nitis et Archidemia
et Magea et Cyane et Milic*h*ie fontes in Syracusano
potantur agro, portus Naustathmus, flumen Elorum, pro-
munturium Pachynum, a quo . . . fronte Siciliae flumen
Hyrminum, oppidum Camarina, fluvius Gelas, oppidum
Agragas, quod Agrigentum nostri dixere, Thermae colonia, 90
amnes Achate*s*, Ma*zara*, Hypsa, Selinuus, oppidum Lilybaeum,
ab eo promunturium, Drepana, mons Eryx, oppida Pan-
hormum, Soluus, Himera cum fluvio, Cephaloedis, *H*aluntium,
Agathyrnum, Tyndaris colonia, oppidum Mylae et, unde
coepimus, Pelorias. intus autem Latinae condicionis 91
Centuripini, Netini, Segestani, stipendiarii Assorini, Aetnenses,
Agyrini, Acestaei, Acrenses, Bidini, Citarini, Drepanitani,
Ergetini, Echet*l*ienses, Erycini, Entellini, Egguini, Gelani,
Galacteni, Hal*a*esini, Hennenses, Hyblenses, Herbitenses,
Herbe*sse*nses, Herbulenses, Halicuenses, Hadranitani, Ima-
carenses, I*ch*anenses, I*a*etenses, Mutustra*ti*ni, Magellini,

§ 90: Mela II 118. 119. — § 91: Mela II 118.

Lib. V. 9 ad (*pro* &) **A.** qua **E**^{3}*va.S* 9. 10 anteam **F**^{1}. -theum **op** 10 libycum incipiens **E**^{3}*va.S* | *dist.S* | aegypto **op***va.G*(*SD*) 11 obliquo litorum (later- **E**^{1}**a**) **DFREa***S* 13 alia **DF**^{1}**Ea**^{1}**p** 15 principia **R**^{2} (o *cod. Guelf.*) | mauritaniae **AR**^{2}**Eaop***va.S*(*D*^{2})*passim* 16 regna saeuitia (se- **F**^{2}**a**^{2}) **AE F**^{2}**a**^{2}*v.* -nasse uitia (-na initia **R**^{2}) *r* 17 diuisae *ll.L.* -sa **a***G.* -sa est **p***v*

Ampelusia nominatur a Graecis. oppida fuere Lissa et Cottae ultra columnas Herculis, nunc est Tingi, quondam ab Antaeo conditum, postea a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia. abest a Baelone oppido Baeticae proximo traiectu XXX. ab eo XXV in ora oceani colonia Augusti Iulia Constantia Zulil, regum dicioni exempta et iura in Baeticam petere iussa. ab ea XXXV colonia a Claudio Caesare facta Lixos, vel fabulosissime antiquis narrata: ibi regia Antaei certamenque cum Hercule 3 et Hesperidum horti. adfunditur autem aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo dracones custodiae instar fuisse nunc interpretantur. amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore non tamen aestus maris inundant. exstat in ea et ara Herculis nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. minus 4 profecto mirentur portentosa Graeciae mendacia de his et amne Lixo prodita qui cogitent nostros nuperque paulo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse, praevalidam hanc urbem maioremque Magna Carthagine, praeterea ex adverso eius sitam et prope inmenso tractu

§ 3: Sol. 24, 4. 6. 5. MCap. VI 667. (cfr. Mela III 107. 106. Strabo XVII p. 826). — § 4: Nepos fr. 50 H.

1 lissa et **AF**^{2}**E** *H*. -ssia et **Dd**. -ssa **op***v*. lisc//e **R**. lis/// **F**^{1}. lisei **a** 2 cottae **ADF** *D*^{2}. *cfr. XXXII 15*. -tte **o***v*(*S*). cocte **Rp**. co&e **E**. cete **a**. cotta *H*. cotes *B e Strab. XVII p. 825* 3 antheo **aop** | CL. (*pro* Claudio) **DFa** *item v. 8*. centum quinquaginta milia **A** | coloniā **FEaop***v*. -ia *r* 4 belone *ll. v a. D. cfr. III 7* 5 XXXIII (*Sol. MCap.*) *D*^{2} 6 zulil **F**^{2}**Eap** *J*. ziilil **DF**^{1}. zcilil **R**. zilil **A**. zilis *B e Strab.* zubil *v* 7 in **AE**^{2}**a**^{2}**p***v*(*S*). *om. r H* | ab **Ap** *J*. hab **R**. et ab *rv* | eo **Aap** *v a. G* | XXXV **A** *D*. XXXII *rv*. *om.* **o** 8 lix *Sol.* (*Isid. or. XV 1, 74*). *Ptol.* 9 ab antiquis **E**^{2}**o** *v a. H* 10 orti **o**. hori **F**^{1}. in ortu **E**. -rum **a**. *om.* **A** | aut funditur **R**^{1} | autem *om.* **R**^{2} *H*. autem huic **E**^{3}*v* 11 fluxuoso **A** | draconis **RE**^{2}**op** *v a. D* 13 aliquanto **AF**^{2}*v*. -ndo *r* | excelsiores *v a. B*. -orem *D*^{2}, *sed cfr. Sol. et Strab.* 14 inundant **AE**^{2}**o***v*(*S*). -dat *r Bas.* | eo **A** | et *om.* **op** 16 iis **RE**(?) *v a. S* 17 amni **A** | lixo **AF**^{2} *in ras.* **E**^{2}*v*. xilo *r* | cogitant **R** *S* | que *om. v a. S.* quae **A**. *an* nuper quoque?

ab Tingi, quaeque alia Cornelius Nepos avidissime
5 credidit. ab Lixo XL in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba, Iulia Campestris appellata, et tertia Banasa LXXV p., Valentia cognominata. ab ea XXXV Volubile oppidum, tantundem a mari utroque distans. at in ora a Lixo L amnis Sububus, praeter Banasam coloniam defluens, magnificus et navigabilis. ab eo totidem milibus oppidum Sala, eiusdem nominis fluvio inpositum, iam solitudinibus vicinum elephantorumque gregibus infestum, multo tamen magis Autololum gente, per quam iter est ad montem Africae vel fabulosissimum Atlantem.

6 E mediis hunc harenis in caelum attolli prodidere, asperum, squalentem qua vergat ad litora oceani, cui cognomen inposuit, eundem opacum nemorosumque et scatebris fontium riguum qua spectet Africam, fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, ut numquam satias
7 voluptatibus desit. incolarum neminem interdiu cerni; silere omnia haut alio quam solitudinum horrore; subire tacitam religionem animos propius accedentium praeterque horrorem elati super nubila atque in vicina lunaris circuli. eundem noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lascivia inpleri, tibiarum ac fistulae cantu tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere. haec celebrati auctores prodidere praeter Herculi et Perseo laborata ibi.

§ 5: (4. 5. 8) Mela III 107. — (8. 10) Sol. 24, 7. — § 6: Mela III 101. Sol. 24, 8. MCap. VI 667. — § 7: Mela III 95. Sol. 24, 10. 8. 10. 12. MCap. l. l. cfr. Plin. VI 197.

4 ea XXV **ap** 5 tantundem **AE**[2]**p***v*. tand- (-đ & **R**) *r* | ad **DF**[1]**R**. & **p***va.L* 6 sububus *ll.v*(*J*). subus **a**. -bur *B e Ptol. IV 1,2. cfr. § 9* 9 gerigibus **R**[1]. graeci- **A** 10 autolorum *Sol.* | gentem **Rap***va.G* | quā ter (t̄) **R**[1] 12 e *del.* **F**[2] 13 aspectu **op** | uergit **o** 14 que **AE**[2]**op***v*. *om.r* | et *om.***op** 15 quas **F**[1]**da**. quo **o** | spectat **REaop***va.S* 16 satietas **adop***va.S* 18 haut *om.***A** | solitudinem **A** 19 animas **R**[1] | proprius **ADF**[1] | accidentium **DF**[1]. accedentia **R**[1] | praetereaque **o** 20 uicinia **op** (-niam **E**[3]*C*) *va.S*

spatium ad eum inmensum incertumque. fuere et Hannonis 8
Carthaginiensium ducis commentarii Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africae iussi, quem secuti plerique e Graecis nostrisque et alia quidem fabulosa et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec vestigium exstat.

Scipione Aemiliano res in Africa gerente Polybius anna- 9
lium conditor, ab eo accepta classe scrutandi illius orbis gratia circumvectus, prodidit a monte eo ad occasum versus saltus plenos feris, quas generat Africa; ad flumen Anatim CCCCLXXXXVI, ab eo Lixum CCV. Agrippa Lixum a Gaditano freto CXII abesse; inde sinum qui vocetur Sagigi, oppidum in promunturio Mulelacha, flumina Sububam et Salat, portum Rutubis a Lixo CCXXIIII, inde promunturium Solis, portum Rhysaddir, Gaetulos Autoteles, flumen Quosenum, gente*s* Selatitos et Masatos, flumen Masathat, flumen Darat, in quo crocodilos gigni. dein sinum DCXVI includi 10
montis Bracae promunturio excurrente in occasum, quod appelletur Surrentium. postea flumen Salsum, ultra quod

§ 8: Sol. 24, 15. — § 9: Polyb. XXXIV 15, 7 Hultsch. — (9. 10) Sol. 24, 12. 11. MCap. VI 668 init. Agrippa fr. 25 Riese.

1 fuerat et **D**^{1}**FREap** 2 punici/// **R**. -ci **F**^{1}**Ea** 4 ae **F**^{1}. a **E***JD*^{1} | alio **E**^{1} | quaedem **E**^{1}. -dam **E**^{2}*va.H* 6 existat **A**. *om.* **a** 8 urbis **A** 10 *punctum post* Africa *pos.* *D*^{2} | Anam *coni.* *D*^{2} 11 CCCCLXXXXVI **A***D*. -LXXXVI **F**. -V *rv* | agrippa lixum **A***v*(*S*). agrippa **F**^{2}. *om.* *rH* | *dist.* *va.H* 12 CXII lixū **F**^{2} | sagigi **A***J*. -gici **DFa**. -gyci **E**^{1}. -gyti **E**^{2}. -guti *v*. -gaci **R** 13 muleiacha **D**^{2}**a**. -ca **D**^{1}**R**^{1}. -eacha **R**^{2} | sububam *ll.v*(*D*). -bubum †*J*. *cfr.* § 5. subur *B* 14 salat (-ath **R**^{2}) *ll.J*. -lam *B* | CCXXIIII **A***D*. -III **F**^{2}. CCCXIII **R***v*. CCXIII *rH* 15 rhysaddir **A***J*. rhisardir **F**^{3}. ris- **DF**^{2}**Ea***v*. -ardis **R**. -adir **F**^{1} | autoteles *ll.v*(*J*). -ololes *C*. -olales *B*. *cfr.* § 5. 17 | quosenum **AE**^{2}*D*. uos- (-nim **E**^{1}. -nium **a**) *r*. cos- *v* 16 gentes *H*. -tem *ll.v* | selaticos **R**. uelatitos **A***D*^{1} | mesatos **R**. mara- **F**^{2} | marathat **F**^{2}. Masath (*Sieglin*) *D*^{2} 17 gignit **R**^{2} 18 montis **E***G*. -tes (*om.* **R**^{1}) *rv* | bracae **A***D*. breace **D**. -cae **F**. braeacae **E**. braeate **R**^{2}. braete **R**^{1}. brece **a**. barcae *J*. -ce *v* 19 appelletur **A***S*. -llatur **ap***v*. -llat *rH* | palsum **F**^{2}**a**^{3}*va.H*

Aethiopas Perorsos, quorum a tergo P*h*arusios. his iungi
in mediterraneo Gaetulos Daras, at in ora Aethiopas Dara-
titas, flumen Bambotum, crocodilis et hippopotamis refertum.
ab eo montes perpetuos usque ad eum, quem Theon
6,197 Ochema dicemus. inde ad promunturium Hesperu navi-
gatione*m* dierum ac noctium decem. in medio eo spatio
Atlantem locavit, ceteris omnibus in extremis Mauretaniae
proditum.

11 Romana arma primum Claudio principe in Mauretania
bellavere, Ptolemaeum regem a Gaio Caesare interemptum
ulciscente liberto Aedemone, refugientibusque barbaris
ventum constat ad montem Atlantem. nec solum consulatu
perfunctis atque e senatu ducibus, qui tum res gessere,
sed equitibus quoque Romanis, qui ex eo praefuere ibi,
12 Atlantem penetrasse in gloria fuit. quinque sunt, ut
2.5 diximus, Romanae coloniae in ea provincia, perviumque
famae videri potest, sed id plerumque fallacissimum ex-
perimento deprehenditur, quia dignitates, *s*i indagare vera
pigeat, ignorantiae pudore mentiri non piget, haut alio
fidei proniore lapsu quam ubi falsae rei gravis auctor
existit. equidem minus miror inconperta quaedam esse
equestris ordinis viris, iam vero et senatum inde intrantibus,
quam luxuriae, cuius efficacissima vis sentitur atque maxima,

§ 10: (3) Sol. 24, 14. — § 12: (365, 2) Mela III 104. Sol. 26, 1.

1 pharusios (*B*)*H*. -sos **E**^{3}*G*. parusios *ll.* por- **dT***v*
2 in *J*. *om.ll.v* | mediterraneos **D**(?)**a**^{3}*va.J* | daris at in ora **F**^{1}. darati- **R**^{1}. -inos **R**^{2} | darathitas **A** 3 bambotum **E***Sol.v.* banb- **a**. -thum **DF**. bom- **A**. botum **R** 5 dicimus **F**^{2} | hesperu *P*. -rium **E**(?)*G*. -rum *rv. cfr. II 237 et VI 197. 199* | nauigationem (*sc.* esse) *ego*. -ne *ll.v. cfr. VI 197* 6 decem *ll.v.* II *MPt p. 734^a coll. VI 197* | eo **AF**^{2}**E**^{2}*v. om.r* 7 ceteris **A***S*. a cet- (coet- **F**) *rv*(*D*) 10 ptolomaeum **AR***D*^{2}. ptho- **ao**(*passim*) | a *om.***A** 13 dum **FR** | reges sere **DF**^{1} 15 in (*ante* gloria) *om.* **op***va.G* 17 famae — plerumque *om.***A** | famae **a**^{3}*v*(*S*). -me **FRE**^{1}. -ma **DE**^{2}**ap***H* | fallacissimum **A***G*. -mo *rv* 18 qua **D**. a **FRa** | dignitates si *ego*. -tes **Ap**. -te *v*. -te si cum **DFRa**. -tes cum **E**(?)*G* 19 haut **A***v*. aut *r* 20 quam **AE**^{2}**a**^{3}*v*. quam ore (ori **a**) *r* 21 et quidem **FE***G*. et equ- *v* 23 ui **DFa** | at **A**

cum ebori, citro silvae exquirantur, omnes scopuli Gaetuli
muricibus, purpuris. indigenae tamen tradunt in ora ab 13
Salat $\overline{\text{CL}}$ flumen Asanam, marino haustu, sed portu spectabile,
mox amnem, quem vocant Fut, ab eo ad Dirim — hoc
enim Atlanti nomen esse eorum lingua convenit — $\overline{\text{CC}}$,
interveniente flumine, cui nomen est Ivor. ibi *pauca*
extare circa vestigia habitati quondam soli, vinearum
palmetorumque reliquias. Suetonius Paulinus, quem 14
consulem vidimus, primus Romanorum ducum transgressus
quoque Atlantem aliquot milium spatio, prodidit de excelsitate quidem eius quae ceteri, imas radices densis altisque repletas silvis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem esse enodi nitore, frondes cupressi similes praeterquam gravitate odoris, tenui eas obduci lanugine, quibus addita arte posse quales e bombyce vestes confici.
verticem altis etiam aestate operiri nivibus. decumis se 15
eo pervenisse castris et ultra ad fluvium, qui Ger vocatur,

§ 13: Sol. 24, 13. — (4) Sol. 24, 15. MCap. VI 667 med. — (7) Sol. 24, 11. — § 14: Sol. 24, 15. 8. 10. MCap. VI 667 extr. — § 15: (17) cfr. Vitr. VIII 2, 6.

1 citroque p*C* | cetuli **a**. &uli **F**^{1}. *del.* **F**^{2} 2 muricibus **E**(?)*v*. -cis *r* | ac purpuris **E**(?)*va.S* 3 salat **A***S*. sala *rv* | CL *om.* **A** | asanan **A** | haustum **A** | //et portu **R**. *om.* **DF**^{1}**d**^{1} 4 fuut **A**^{2}*va. Bas.* fuit **R**^{1}. fud **F**^{2}. fot **a** | ad dirim **AEd**. -rin *v*. abd- **DF**. -rimi **ap**. ad darim **R**. ad Dyrin *B. cfr. Strabo XVII p. 825. Vitruv. VIII 2, 6.* Addirim *D*^{1} 5 esse **R**(?)**a**^{3}**p***v*(*D*). et esse **AF**^{2}*J*. est esse *r* | CCC *MPt p. 579*^{a} 6 est iuor **AE**^{2}*J*. est uior *v*. *om.* *r*. est Diuor *U 90 coll. Ptol. IV 1, 1* | ibi pauca *ego*. ibi fauo **AE**^{2}. ibe fabo (fab **D**) **DF**^{1}**E**^{1}**a**. ibi fabo *suprascr.* uel iuor **F**^{2}. ibi fama **R**(?)*v*. *del.* *D*^{1}. *locus adhuc corruptus* 7 extare **AF**^{2}**E**^{2}*H*. -tra *r*. estare **p**. existere *v* | q: dam **R**^{1}. qued- **R**^{2}**a**. quaed- **DF**^{1}**E**^{1} | soli **AF**^{2}**Ep***v*. sol *r* 9 ducum **AF**^{2}**E**^{2}*v*. ducumenses **E**^{1}. decu- **a**. ducumses **R**^{1}. ducum enenses (hen- **p**) **DF**^{1}**R**^{2}**op**. ducum emensus *coni. J*^{2} | transgressus **E**^{2}**p***v*. -ssos **Ao**. egressus *r*

11 ceteris (*om.* quae) **R** 13 esse **AE**^{2}*G*. *om.* *r***aop***v* | cupressis **R**(?)*va.S* | similes *om.* **E**^{1}*S* 14 praeterquam **AFdo***J*. -qua **DRa**. -que **E**(?)**a**^{3}**p***B coll. XIII 95.* praeter *v* | grauitatem **Eo***va.J*. -tē **a**^{3} 15 e *om.* **F**^{1}**RE**^{1}**a**^{1}**op***va.G* 16 aestate *om.* **o**

17 ger *ll.H.* gerum **o**. sur **p**. niger *v* | uocatur **AE**^{2}**op***v*(*D*). -caretur **F**^{2}*H*. -cetur *rS*

per solitudines nigri pulveris, eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia fervore, quamquam hiberno tempore, experto. qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum ferarumque et serpentium omni genere, Canarios appellari, quippe victum eius animalis
16 promiscuum iis esse et dividua ferarum viscera. iunctam Aethiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Iuba Ptolemaei pater, qui primus utrique Mauretaniae imperitavit, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, similia prodidit de Atlante, praeterque gigni herbam ibi euphorbeam nomine, ab inventore medico suo appellatam. cuius lacteum sucum miris laudibus celebrat in claritate visus contraque serpentes et venena omnia privatim dicato volumine. et satis superque de Atlante.

17 **2.** Tingitanae provinciae longitudo $\overline{\text{CLXX}}$ est. gentes in ea: quondam praecipua Maurorum — unde nomen — quos plerique Maurusios dixerunt, attenuata bellis ad paucas recidit familias. proxima illi Masaesylorum fuerat; simili modo extincta est. Gaetulae nunc tenent gentes, Baniurae multoque validissimi Autololes et horum pars quondam Nesimi, qui avolsi iis propriam fecere gentem
18 versi ad Aethiopas. ipsa provincia ab oriente montuosa

§ 15: (1) Sol. 24, 14. — (3. 4) ib. 10. — § 16: (8) Sol. 24, 15. — (10) ib. 9. cfr. Plin. XXV 77. 78. — § 17: (15) MCap. VI 668.

3 experto *ll.G(J)*. -tos **op***S*. -tum *H*. -tus *v* | inhabitant **Eaop**. -nte **DF**^{1}**R**. -nt ei **dT**. -tent ei *va.G(S)* 6 iis **A***v*. his *rG* | iuncta **AFRop** 7 gente **AF**^{2}**o** 8 qui **AE**^{2}*v*. *om.***rao** 9 imperauit **Eaop***va.S* | et tamquā **a**. -quam de **o** 11 euphorbiam **F**^{2}**Eaop***va.D* | suo sic **o** 14 athlante **F**. -tis **A** 15 tingitaniae **ADE**^{2}**p***va.S* | est **AE**^{2}**pa**^{3}*v*. et *r* 17 maurusios **p***v*. -risios **A**. -rosios *r* 18 recedit **DF**^{1}**R**^{2}**E**^{1}**a**. reddidit **R**^{1}*va.B* | masaesylorum **DF***D*. massae- **Ed**(?)*v*. mase- **A**. -sillorum **a**. -synorum **R** 19 sed simili **E**^{3}*va.S* 20 uaniure **A**. $\overline{\text{V}}$. a mare **F**^{2}. banurri *B*. bamurae *v* | autolales **F**^{1}. -tolodes **a**. -toles **R**. -toteles **A***D coll.§ 9. sed cfr.§ 5* 21 nesimi **ADFa***J*. -suni **E***v*. nisemi **R**. uesuni **E**^{3}*B* | auolsis **DFRE**^{1}**a** | iis *v*. his *G*. hiis **AE**^{2}. *om.r* 22 montosa *va.H*

fert elephantos, in Abila quoque monte et quos Septem
Fratres a simili altitudine appellant. freto imminent
iuncti Abilae. ab *ii*s ora interni maris, flumen Tamuda
navigabile, quondam et oppidum, flumen Laud, et ipsum
navigiorum capax. Rhysaddir oppidum et portus, Malvane
fluvius navigabilis. Siga oppidum ex adverso Malacae in 19
Hispania siti, Syphacis regia, alterius iam Mauretaniae.
namque diu regum nomina obtinuere, ut Bogutiana appel-
laretur extuma, itemque Bocchi quae nunc Caesariensis.
ab ea portus Magnus, a spatio appellatus, civium Roma-
norum oppido. amnis Mulucha, Bocchi Masaesylorumque
finis. Quiza Cenitana peregrinorum oppidum, Arsennaria
Latinorum, III a mari; Cartenna, colonia Augusti legio*ne* 20
secunda, item colonia eiusdem deducta cohorte praetoria
Gunugu. promunturium Apollinis oppidumque ibi celeber-
rimum Caesarea, ante vocitatum Iol, Iubae regia a Divo
Claudio coloniae iure donata; eiusdem iussu deductis ve-
teranis Oppidum Novum et Latio dato Tipasa, itemque a

---

§ 18: Sol. 25, 2. Mela I 27. II 95. Sol. 25, 1. MCap. l. l. init. — § 19: (6) Mela I 29. Sol. 25, 16. MCap. l. l. — § 20. 21: Mela I 31. MCap. l. l. Sol. 25, 16. 17. Mela I 30. 31.

---

1 abila **ADFa***v*. hab- **R**. abyla **E** *Brot. cfr. III 4 et Ptol. IV 1,3* | et quo **Da**^{1}*va.G*. ex quo **F**^{1}**REp** 2 appellat **DF**^{1}**Ra**. -ant ii *G*. -at ii **a**^{3} | inminent *G*. -enti *ll.v*. -ent ii *S* 3 abilae **FRa***v*. -le **A**. abylae *r Brot.* | is **R**. his *r G* | interne **A**. -nis **DF**^{1}**R**^{2}**a**. -ms **R**^{1} | amuda **A**. tham- **p**. tamunda **F**^{1} 4 quodam **AR**. (nauigabile quondam, et *MPt p. 582*^{a}) | laud **AF**^{2}*v*. laut **E**^{2}**a**^{3}. aut *r* 5 rhysaddir **A***S*. *cfr. § 9.* rursus addir (adhir **D**) *r*. rusadir *H*. -ardir *v* | maluanae **A**. -na *va.S* 6 siga **A** *Sol. MCap. v.* sica **RE**. sicca *r* | malacae **D**^{2}*B*(*S*). -ce **A**. malcae **D**^{1}**Fd**. -lacte **E**^{1}**a**. -lacta **R**. -lachte **E**^{2}. -lachae *G* 7 hispaniae **DF**^{2}**dp**. -nie **Ra** | siti (*sc.* oppidi) **ARE***J*^{2}. titis **a**. ///it//// **F**^{1}. situ **F**^{2}. litus **D**. sitae **p**(?)*B*. -tum *v*(*D*^{1}) | syphacis **E**(?)**p***v*. -agis **D**. sifagis **a**. shii pacis **A**. gipagis **R**. ////pacis **F**^{1}. s̄ (= sunt) hę pa- **F**^{2} 8 bogudiana **E**(?)*va.J* 9 bochi **F**. bocci **Aa** | caesariensis **E**^{2}*v*. -rensis (cessa- **A**) *r* 11 oppidum **E**(?)**a**^{3}*v* 12 zenitana **R**. xen- **E**^{3}*B* | arsennaria **A***v*(*J*). -enaria *rS* 13 legione *J Müller emend. I 10.* -gio *ll.v* 15 gunugu *ll.J*. -gum *S*. -gi **E**(?)*G*. -gii *v* 16 ante **AEp**. -tea *rv* 18 item **Aa**^{1}

Vespasiano Imperatore eodem munere donatum Icosium; colonia Augusti Rusguniae, Rusucurium civitate honoratum a Claudio, Rusazus colonia Augusti, Saldae colonia eiusdem,
21 item Igilgili; oppidum Tucca, inpositum mari et flumini Ampsagae. intus colonia Augusta, quae item Succhabar, item Tubusuptu, civitates Tĭmici, Tigavae. flumina Sardabal, Aves, Nabar. gens Macurebi, flumen Vsar, gens Nababes. flumen Ampsaga abest a Caesarea CCCXXII. utriusque Mauretaniae longitudo |X|·XXXVIII, latitudo CCCCLXVII.

22 **3.** (2) Ab Ampsaga Numidia est, Masinissae clara nomine, Metagonitis terra a Graecis appellata, Numidae vero Nomades a permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domos, plaustris circumferentes. oppida Chullu, Rusicade, et ab eo ad XLVIII in mediterraneo colonia Cirta

§ 21: (8—10) MCap. VI 669. Dic. 3, 1 extr. Div. 26. Dim. 25. — § 22: Sol. 26, 1. 2. MCap. VI 669. Mela I 29. 30. 33.

1 icosio **A**_va.G_ 2 rusguniae **A**_v(D)_. ruscon- _rB_ | rusucurium **A**_H_. rusc- _v_. rusucurum **R**. rusicor- (rusc- **a**) _r_. Rusuccuru (_CIL VIII p.766_) D^2. _cfr. MCap._ 3 rusaius **A**. suzasus **a**. ruz- _va.G_ | saldae **AF** (s _in ras._) _MCap.J. cfr. CIL VIII p.760._ -de _rv_ | colonia _v_. -niae AD^1. -nia (-nie **R**) angustis (-sti F^2R) _r_
4 item _om._ **R**_va.H_ | gilcili **A**. igilgi **a** 5 ampsagae **DE**_v_. -ge **Fa**. -ce **A**. amsagae **R** (_cfr. CIL VIII n.5884_) | quae (que **a**) item _ll.v. an_ itemque? | succhabar **DFR**_D_. succa- **Ea**_B(H)_. sucha- **Ap**_v_. succub- _C_ 6 tubusubtu **R**. -uptus E^2B. -umptu **a**. -tus E^1. (Tupusuctu _CIL VIII p.754_) | sardaual — 7 flumen AF^2 E^2pv. _om.r_ | sardabal E^2H. -bala _B_. -bale _Mela_. -aual _rJ_
7 aues nabar (ina- p) AE^2pH. auerna F^2v. nabar _B_ | usar gens E^2G. -riens (ues- p) **Ap**_v_. isargegens **DFa**. -ges gens **Rd**. gens E^1. (Sisar _Ptol. IV 2,2 p.599_) 8 nababaes **E**. -abe **a**. -ades _va.S._ nauaues **A** | CCCXXII A^2R _MCap.S._ -XXXII A^1. CCXXII _rH_. -XXXIII _v_ 9 |X| _H_. M· **A**. X· _r_. DCCC _v_ | XXXVIIII **Fdap** _va.S_ 10 CCCLXVII **DFda**. -LXIII **R** 11 masinisae **A**. massinissae **DFEop**_va.S_ 12 nomina **A** | metogonitis **o** | numidiae **AF**. -die **R**. -dia **a** 14 domos **A**_D_. -mus _raov_ | chullu **DFdTRa**_Sol. cfr. CIL VIII p.700._ cullu **AE**_v_ | rusicade **a**_B. cfr. CIL VIII n.6710 al._ -chade _v_. -ccade **ADE**_J_. russicc- **R**. risicc- **F**
15 ad _ll.v(H)D. del. L(J)_ | cirta F^2B. -tha _v_. chirta **p**. circita AE^2. _om.r_

Sit*t*ianorum cognomine, et alia intus Sicca liberumque oppidum Bulla Regia. at in ora Tacatua, Hippo Regius, flumen Armua, oppidum Thabraca civium Romanorum, Tusca fluvius, Numidiae finis. nec praeter marmoris Numidici ferarumque proventum aliud insign*e* ei.

4. (3) A Tusca Zeugitana regio et quae proprie vo- 23
cetur Africa est. tria promunturia, Candidum, mox Apollinis adversum Sardiniae, Mercuri adversum Siciliae, in altum procurrentia duos efficiunt sinus, Hipponiensem proximum ab oppido quod Hipponem Dirutum vocant, Diarrhytum Graecis dictum propter aquarum rigua. cui finitimum Theudalis inmune oppidum, longius a litore.
dein promunturium Apollinis et in altero sinu Vtica civium 24
Romanorum, Catonis morte nobilis, flumen Bagrada, locus Castra Cornelia, colonia Carthago Magnae in vestigiis Carthaginis, colonia Maxula, oppida Carpi, Mis*s*ua et liberum Clypea in promunturio Mercuri, item libera Curubis, Neapolis. mox Africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices vocantur qui Byzacium incolunt. ita appellatur regio CCL p. circuitu, fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agri-

§ 23. 24: Sol. 26, 2. 27, 1. MCap. VI 669. Mela I 33. 34. Sol. 27, 7. 5. 8. — § 24: (18) MCap. VI 670. Sol. 27, 6.

1 sittianorum **R**(?)*B*. siti- *ll.S.* sici- **a**. sati- **p**. sitta- *v* | sicca **A***v*. si//ca **R**. sica *r* 2 bulla — 3 oppidum *om.* **E** | hippo **Ap***v*. -ppos *r* 3 Thabraca *ego e CIL VIII p. 513* tab- **A***H*. -cha **F**^{2}**R**(?)*B*. tachabraca (taca- **a**) **F**^{1}**Ta**. -bra *r*. -bracha *v* 4 finis *om.* **RE**^{1}**aop** 5 numidii et **A** | prouentu **DFRp** | insigne ei *D*. -nei **A**. -nae **o**. -ne *rv* 8 aduersus **DF**^{1}**a** 9 duo **A***S*. *sed cfr. II 188* | hipponiensum **Da**. -nensem **E***va.J* 10 dilutum *coni.B.* Diarrutum. Zarytum *H* 11 a graecis **Ep***va.S* | irrigua **AF**^{2}**a**^{3}**p***v*. inr- **E**^{2}*S*. *cfr. § 6 et vol. IV p. 499 ad XVIII 29* 15 [cartha]go — cartha[ginis] *om.* **A** | magnae **DRE***v*. -na **a**. -na et **F**^{2} *in ras.* 16 colonia **E***v*. -nia et *r* | maxula **AEa***G*(*S*). -xila *r*. -xulla *v*(*L*) | missua *D*^{2} *coll.* messua (*MCap.*) *et CIL VIII p. 129.* misua **AE**^{2}**a**^{2}*v*. -su *r* 17 clyppea **a**. chyphea **A**. clibea **R**. clupea **p***v* | neapolis **E***B*. -li **A**. -linis **a**. ne apollinis *rv* 19 byzacium **D***B*. biz- **A**. -atium **F**^{2}**R**. -antium (byz- **a**) *rv* | colunt **DFRa**^{1} 20 p. **Ad***G*(*D*). p. *r*. pass. per **o***v*(*H*) | circuitu **d***G*(*D*). -tu ita **A**. -tum **raov**(*H*)

25 colis faenus reddente terra. hic oppida libera Leptis, Hadrumetum, Ruspina, Thapsus. inde Thenae, Aves, Macomades, Tacape, Sabrata, contingens Syrtim Minorem, ad quam Numidiae et Africae ab Ampsaga longitudo DLXXX, latitudo, qua cognitum est, CC. ea pars, quam Africam appellavimus, dividitur in duas provincias, veterem et novam, discretas fossa inter Africanum sequentem et reges Thenas usque perducta, quod oppidum a Carthagine abest CCXVI.

26 (4) Tertius sinus dividitur in geminos, duarum Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. ad proximam, quae minor est, a Carthagine CCC Polybius tradit, ipsam centum milium passuum aditu, trecentorum ambitu. et terra autem siderum observatione ad eam per deserta .... harenis perque serpentes iter est. excipiunt saltus repleti ferarum multitudine et introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta ultraque Garamantes, ab Augilis dierum
27 XII itinere distantes. super illos fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis, desertis circumdatus. Augilae ipsi medio fere spatio locantur, ab Aethiopia, quae ad occidentem vergit, et a regione, quae inter duas Syrtis interiacet, pari utrimque intervallo, sed litore inter duas Syr-

§ 25: MCap. l. l. (cfr. Sol. 27, 6). Dic. 3, 2. Div. 25. Dim. 26. — § 26: MCap. VI 671. Sol. 27, 3. Polyb. XXXIV 15, 8 Hultsch. Agathem. III 8 (GGm II p. 473). Mela I 35. Sol. 27, 38. — § 27: MCap. l. l. Sol. 27, 41. 40. Mela I 37. Agathem. l. l.

2 thenae **a**^{3}*B e MCap.* -ne f. -nco **R**^{1}. then **R**^{2}. thaena **F**. thena *rv(J). cfr. CIL VIII p. 10* | aues *ll. v(J). om. Verc.* 4 amsaga **DFRa**. *cfr. §21* 6 et **Aov**(*J*). ac *rS* 7 fossas **DFRa** | sequente **AF** 8 thaenas usque **F**. tenasque **R**^{1}. thenam usque *J* | producta **Eop** | a **AoR**(?)*v. om. r* 9 CCXVII **a**^{3}*va. H* 11 dorsos **F**^{2}. disros **op**. disyros **a**. disrhoos *va. G* | ad **F**^{2}**E**(?) **op***v.* //// **F**^{1}. a *r* 14 *lac. ego indicavi; exciderunt* operta *vel* operientibus uestigia: *cfr. §38 et VI 166* 17 uasta **F**^{2}**Ep***v.* -tae **F**^{1}**R**. -te *r* | utraque **FR**^{1}**a**. -aeque **R**^{2} | augylis **E**(?)*va. J (item infra)* 18 psyllis **DR**. p///i **F**^{1}. psillis **a** 19 ///comedis **F**^{1}. hisc- **R**. isc- **D**. -odemis **a** 20 uocantur **DF**^{1}**Ra** | qua *U 93* 21 inter p. *om. ll. v. cfr. IV 60*

tis CCL. ibi civitas Oeensis, Cinyps fluvius ac regio, oppida Neapolis, Taphra, Habrotonum, Leptis altera, quae cognominatur Magna. inde Syrtis Maior, circuitu DCXXV, aditu autem CCCXII, [inde] accolit gens Cisippadum. in 28
intimo sinu fuit ora Lotophagon, quos quidam *M*achroas dixere, ad Philaenorum aras; ex harena sunt hae. ab *i*is non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallant*i*as appellata Callimacho et citra Minorem Syrtim esse dicta, multis vero inter duas Syrtis. promunturium, quod Maiorem cludit, Borion appellatur. ultra Cyrenaica provincia.

Ad hunc finem Africa a fluvio Ampsaga populos 29
DXVI habet, qui Romano pareant imperio, in his colonias sex, praeter iam dictas Vthinam, Thuburbi. oppida civium 22 24
Romanorum XV, ex quibus in mediterraneo dicenda Absuritanum, Abutucense, Aboriense, Canopicum, Chiniavense, Simithuense, Thunusidense, Thuburnicense, Thinidrumense,

§ 28: Sol. 27, 43. Mela I 36. Callim. fr. 398 B. Sol. 27, 7. Mela I 37. MCap. VI 671 extr.

1 cynyps **DF**. -nips **a** *va.H* 2 taphra **E** *v*(*D*). -phsa **F**^{2} *in ras.* tafra **R**^{2}. tha- **Da**. tra- **R**^{1}*J*^{1}. Graphara *S e Scylace 110.* Gaphara *MGGm I p. 86. 462. Ptol. p. 628*^{b} | abrotonum **Ea** *B*. -nium **R** 3 inde **F**^{2}**E**(?) *MCap. v. om. r* | DCXXV **E**^{2} *MCap. C.* CXXV *rv* 4 *uncos ego posui. cfr. § 32. (aliter VI 77)* | cisipadum **d** *va.S.* cis pa- **a** 5 Machroas (*MPt p. 638*^{a}) *D*^{2}. alach- (-ohas **R**. -croas **a**) *ll. v* 6 heę **dp**. eae *va.D* 8 pallantias *v*. -teas (-tehas **R**) *ll* | appellata a **p** *va.G* 9 a multis **p** **E**^{3} *va.S* 10 claudit **p**. includit **E**^{3}*v* | borion **E**^{3} *B e Sol.* byr- **Ea**. bur- *rv* 11 prouincia **R**(?)*v*. promunturia (*vel* -nctoria) prouincia *r* 13 DXIII **R**. DXXVI **D**. XXVI *va.H* | parent **Ep** *va.S* 14 iam supra **E**(?)*va.J* | thuburbi **Fa** *D*^{1}. tub- *rS*. -bin **a**^{3}*v*. *cfr. CIL VIII p. 106. 148* 15 XII **R** | absuritanum *ll. v*(*J*). assu- *B*(*S*). azu- *G* 16 aboriense **Ea**^{3} *Bas.* -nte (abb- **F**^{1}) *rv* | canophicum **FR** *va.C.* -obicum *J* (*item infra 372,5*) | chiniauense **DF**. cinia- **R**. chima- **Ea** *D*. -anense **p** *v*. cimauense **T** *J*. chilma- *B e Ptol. IV 3,9.* cilma- *S* 17 simittuense **E** *B*. simitu- **F**^{2}. rhim- *v*. simi/////en//// **F**^{1}. -ttemse **D**. -tiemse **R**. -thimse **a** | thunusidiense **F**^{2} *va.B.* chu- **F**^{1}. thumis- **a**. tusimid- **R**^{2}. tumid- **R**^{1} | thuburnicense **DFRa** *D*. tub- **E** *B*. -rbiense *v* | thinidrumense **E**^{2} *D* tyni- *B*. thibi- **E**^{1}**a**. tibi- *r*. tybi- *v*

Tibigense, Veitana duo, Maius et Minus, Vagense. oppidum Latinum unum Vzalitanum. oppidum stipendiarium
30 unum Castris Corneliis. oppida libera XXX, ex quibus dicenda intus Achollitanum, Accaritanum, Avi*tt*ense, Abziritanum, Canopitanum, Melizitanum, Materense, Salaphitanum, Tusdritanum, Thisicense, Tunisense, The*u*dense, Tagesense, *Tigi*ense, Vlusubburitanum, Vagense aliud, . . . ense, Zamense. ex reliquo numero non civitates tantum, sed plerique etiam nationes iure dici possunt, ut Nattabu*t*es, Capsitani, Musulami, Sabarbares, Massyli, Nicives, Vamacures, Cinithi, Musuni, Marchubi et tota Gaetulia ad flumen Nigrim, qui Africam ab Aethiopia dirimit.

§ 30: (12) Sol. 27, 5. 30, 1.

1 uchitana **F**^{2} 4 acchollitanum **R**. adcho- **E**. adco- **a**. acolit- *va.S* | accaritanum **DFda***D*. agga- **R***S*. accha- **E**. acha- **p***v* | auittense (*B*) *D*^{2}. *cfr. Ptol. IV 3,8. CIL VIII p. 100. 148.* -inense *ll.v* | Abdiritanum *Ptol. IV 3,9* 5 Melzitanum *va.S* | materense *ll.H.* mathar- **p**. madaur- *B*. marer- *v* 6 thiſicenſe **DF**(*B*) *D*^{2}. tiſi- **d**. tifi- **a**. thiſdi- **R**. tiphi- **E**(?)*v*. *cfr. Ptol. IV 3,8* | tunisense (t *in ras.*) **F**^{2}*v*(*D*). thuni- **dE**^{2}. thimi- **p**. *cfr. Ptol. IV 3,9.* thuniense **RE**^{1}**a**. -icense **D**. tun- *G* | theudense **E**^{3}*B*. theod- **R** **Ea***D*^{2}. thaeod- **F**. stheod- **Dd**. scheod- **p**. schoed- *v* 7 tagesense **DF**^{2}**E***J*. -gensense **F**^{1}. -gense **a**. -gestense **E**^{3}*G*. -gastense *S cum B*. -gasense *v*. *cfr. CIL VIII p. 508* | tigiense *ego coll. CIL VIII p. 21.* //ig///ense **F**^{1}. sigense *rv*(*J*). tig- *B*(*D*^{2}) | ulusubburitanum **DFda***D*. -uburitanum **RE***v* (*iterat* ubur- **R**). -ubritanum *Dal.* 7. 8 siense **DF**^{1}**REa***J*. sige- **F**^{2}*v*(*D*^{1}). uise- *H*(*D*^{2}). uige- **E**^{3} *G cum B*^{1}. zige- *B*^{2}. (*an* Vzitense *e CIL VIII p. 17 vel* Ziquense *ex Augustini ep. 78, 4*? Vagense aliud Sigense *in unum coniungit OCuntz*) 8 zamense **E**^{3}*B*(*D*). zia- (zya- **F**) *ll.J.* zianie- *v*

9 plerique **F**^{1}**dREap***S*. -raeque (**D**?)**F**^{2}**a**^{3}*v*(*D*) | nattabutes *ego*. -udes *D*^{2}. nattha- **R**. natra- **a**. natha- **D**. nata *rv*. *cfr. Ptol. IV 3,6. CIL VIII p. 484* 10 musulami (*B*)*S*. -ani **F**^{2} *in ras.* **E***v*. musinsulami *r*. misulani *G*. *cfr. Ptol. l. l.* | sabarbates **R**. -babares **F**. Saburbures *Ptol. l. l.* Sub- *CIL VIII n. 8270. 10335* | massili **FRa***L* | niciues *ll.v*(*D*). nisi- *B e Ptol. l. l.* | uacures **DF**^{1}**E**^{1}**a**^{1}. (*cfr.* Maccurae *Ptol. IV 2,5 et* Astacures *ib. 3,6*) 11 cinithi **Dd** **R***S*. *cfr. Ptol. IV 3,6.* orn- **a**. ci////// **F**^{1}. cithini **F**^{2}. eth- **E**^{2} *in ras.* **p***v* | musuni *ll.S.* *cfr. Ptol. l. l.* -ssini **p***v*. misuni *B*. Mucuni (*Sieglin*) *D*^{2} *e Ptol. IV 2,5* | marchubi **E**^{2}*D*. -bii **E**^{3}*v*. -ui **F**^{2}. macchui **E**^{1}**d**. machui *r*. (*cfr.* Malchubii *Ptol. IV 2,5 et* Machyni *ib. 3,6*)
12 nigrym **F**^{2}. -gym **F**^{1}. -grū **Ea**

5. (5) Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio, inlu- 31
stratur Hammonis oraculo, quod a Cyrenis abest CCCC p.,
fonte Solis, urbibus maxime quinque, Berenice, Arsinoe,
Ptolemaide, Apollonia ipsaque Cyrene. Berenice in Syrtis
extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supra dic- 3
tarum, vagantibus Graeciae fabulis. nec procul ante op-
pidum fluvius Lethon, lucus sacer, ubi horti memorantur.
abest ab Lepti CCCLXXV. ab ea Arsinoe, Teuchira vo- 32
citata, XLIII et deinde Ptolemais, antiquo nomine Barce,
XXII. mox XL promunturium Phycuus per Creticum
mare excurrit, distans CCCL p. a Taenaro Laconicae pro-
munturio, a Creta vero ipsa CXXV. post id Cyrene, ab
mari XI passuum, a Phycunte Apolloniam XXIIII, ad
Cherronesum LXXXVIII, unde Catabathmum CCXVI. ac- 33
colunt Marmaridae, a Paraetoni ferme regione ad Syrtim
Maiorem usque porrecti. post eos Acrauceles ac iam in
ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Grai ap-
pellavere ab argumento loci, medios inter harenas sitos.
Cyrenaicus ager XV p. latitudine a litore et arboribus fer-

§ 31: MCap. VI 672. Sol. 27,45. Mela I 39. 40. Sol. 27,44. 54. — § 32: MCap. VI 672. — (10) Sol. 27, 2. cfr. Mela I 37. (Plin. IV 60). Strabo XVII p. 837. Agathem. V 24 (GGm II p. 485). — (14) Sol. 27, 3. — § 33: MCap. VI 672 med.

2 a *om.* **a** 4 que *del. G* 7 lethon **a** *v.* loeton **E**. leton *rJ* | lucus **E** *v.* locus *r* | ubi **FREa**. ubi hesperidum **E**^{3}(**D**?) *v* 8 a *va. S* | lepti **E**^{3}*v.* leti **d**. lecci *r* | CCCLXV **a**. -XXVI **R**. -XXXV *va. H* | arsinae **R** | teuchira **DE** *Bas.* theucira **F**. theutra **a**. tecira **R**^{1}. tuelcira **R**^{2}. tauchera *B e Scylace 108* 9 polemais **R**. ptolom- **E**^{2}**a** *D*^{2}. pholom- **E**^{1} 10 XL **RE** *H.* a. l. **Da**. CC·L **F**^{2} *in ras. v* | phycuus (phic- **R**. -uis **a**) *ll. D* 12 crete **R** | CCXXV *Brot. sed cfr. IV 60* | a **E**(?)*v* 13 XVI **a** | ab *S errore* | pychunte **a**. pichuntae **F**. -cunte **R** | apollonia **DR** | inde ad *MGGm I p. 446*^{b} 14 LXXX·II·X **FaT**. LXXXX **R** | CCXVI **E**^{3}*v.* CCVI *ll. cfr. MGGm l. l.* 16 acrauceles **DREa** *v*(*J*). -aceles **F**^{1}. -avciles **F**^{2}. ararauceles *B e Ptol. IV 4,6* 17 graeci **RE**(?) *va. S* 19 XII *MPt p. 671*^{a} | litori **DF**^{1}**Ra** | et *om.* **R**(?) | arboribus **E**^{2}**d**^{2}*v.* -re **F**^{2}. -ri *r*

tilis habetur, intus eodem spatio frugibus tantum, mox
34 XXX latitudine et CCL longitudine las*ere* modo. post
Nasamonas Asbytae et Macae vivunt; ultra eos Amantes
XI dierum itinere a Syrtibus Maioribus ad occidentem et
ipsi versus harenis circumdati, puteos tamen haut difficile
binum ferme cubitorum altitudine inveniunt ibi restagnantibus Mauretaniae aquis. domos sale montibus suis excisو ceu lapide construunt. ab *i*is ad Trogodytas hiberni
occasus plaga dierum septem iter, cum quibus commercium gemmae tantum, quam carbunculum vocamus, ex
35 Aethiopia invectae. intervenit ad solitudines Africae super
26 Minorem Syrtim dictas versa Phazania, ubi gentem Phazaniorum urbesque Alelen et Cillibam subegimus, item
Cidamum e regione Sabratae. ab *i*is mons longo spatio
in occasum ab ortu tendit, Ater nostris dictus a natura,
36 adusto similis aut solis repercussu accenso. ultra eum
deserta, Mathelgae oppidum Garamantum itemque Debris

§ 34: (3) Sol. 28,1. — (7) Sol. l. l. cfr. Plin. VI 147. XXXI 18.

1 eosdem **Da** 2 lasere *C.* -ri *v.* lasari *ll.J. cfr. XVII 259, sed contra XXXVII 204* (**B**) 3 asbytae *Ptol. IV 4,6.* arb- **F.** hasb- *v*(*D*). -bitae **R** *Bas.*(*J*). haspite **Ea.** asbystae **D**(*B*)*H* | mace **Ea** | uiuunt **E**^{2}*v.* uiuont **D**(?)*S.* uiñt **R**^{1}. ui **R**^{2}. ui non (noni **F**^{2}) **F.** ni ñ **E**^{1}**a** | amantes **R** *Sol. S.* manantes **F**^{1}**d**^{1}. amamantes **F**^{2}. manentes **E**^{2}**ad**^{2}. mon- **E**^{1}. amanien- **a**^{3}. hammanien- *v.* Atlantes (*Sieglin ex Herod. IV 184*) *D*^{2}. *cfr.* § *44.* 4 XII **Ff***J* | maioribus **F**^{2}**E**^{2}**o***v. om.* *r* 5 quaquauersus **E**^{2}*va.J*(*D*^{2}) | difficiles **FEao***va.S* 6 fere **F**^{1}**Rao***va.G* | *post* altitudi (-dine **F.** -dini **a**) *in* **DFREa** *traiecta leguntur* dri de quo diximus (II 187) — quam anticlides (IV 67) | [altitudi]nem **DRa** | inuentunt **DF**^{1}. -tum **Ra** | restagnantibus **F**^{2}**oE**(?)*v.* restant- *r* 7 domos **F**^{2}**E**^{2}**o***v.* -mus *rS* | salem **DF**^{1}**Ra** | suis *om.* **o** 8 is **a.** his *rv* | ad **F**^{2}**E**^{2}*v. om. r* 9 IIII *va.H* 11 supra **E***G* 12 syrtim **F**^{2} *in ras.* **E**^{2}*v.* -tas *r* | dictā/// **F**^{2} | phazania (-na **F**^{2}) — 13 urbesque **F**^{2} *in ras.* **E**^{2}*v.* paganiorum urbes ubi (aubi **Da**) gentem phazania (-zani **Dd.** -zini **E**^{1}**a**) *r* 13 cyllybam **F**^{1}. cvllvb- **F**^{2}. cillab- *va.S* 14 cydamum **E**(?)*C* 15 ater **Ed**^{2}*v.* aeter **D.** -tae **F.** ac ter **a.** eter **Rd**^{1} | a *del. Dal.* 16 repercussa **DFRa** | accensu **Fda.** -sus *coni. Dal.* 17 mathelge **E**^{2}. -telge **o***v.* mox thelgae (thelie **a.** helge **E**^{1}) *r*(*D*). mox talgae **f***S* | debris **DE**^{2}*B e Sol. 29,1.* dedris *r***o.** detris *v*

adfuso fonte a medio die ad mediam noctem aquis ferventibus totidemque horis ad medium diem rigentibus, clarissimumque Garama, caput Garamantum, omnia armis Romanis superata et a Cornelio Balbo triumphata, unius omnium curru externo et Quiritium iure donato; quippe Gadibus genito civitas Romana cum maiore Balbo patruo data est. et hoc mirum, supra dicta oppida ab eo capta auctores nostros prodidisse, ipsum in triumpho praeter Cidamum et Garamam omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac simulacra duxisse, quae iere hoc
ordine: Tabudium oppidum, Niteris natio, Miglis Gemella 37
oppidum, Bubeium natio vel oppidum, Enipi natio, Thuben oppidum, mons nomine Niger, Nitibrum, Rapsa oppida, Viscera natio, Decri oppidum, flumen Nathabur, Thapsagum oppidum, Tamiagi natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Dasibari, mox oppida continua Baracum, Buluba, Alasit, Galsa, Balla, Maxalla, Cizania, mons Gyri, in quo
gemmas nasci titulus praecessit. ad Garamantas iter in- 38
explicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius puteos —

§ 36: (1. 2) Sol. 29, 1. — (3—8) Sol. 29, 7. cfr. Plin. VII 136. — § 38: Sol. 29, 5. 6. — (376, 5) cfr. Sol. 27, 3. — Mela I 40. — cfr. Dim. 27.

1 media die **o** 3 clarissimumque oppidum **E**^{3}*va.S*(*D*^{2}) | garama **F**^{2}**E**^{1}(?)*G*. car- **DF**^{1}**Ra**. garadana **o**. -dama **E**^{2}. -mum *v* 5 uni *coni.B*. uni huic *H* | externo curru **E**(?)*G cum B* 6 balbo maiore **E**(?)*v* 7 patruo *om.***R** 9 cidamum **DRa***v*. cyd- *rC* | caramum **DFRa**. *cfr. supra* 10 ire **DFRa**. fuere *va.G* 11 tabidium **E***va.S* | nitiebres **E**^{1}. nici- **R**^{2}. niteris natio *del.***F**^{2} | miglis **R**^{2}*J*^{2}. milgis **F**^{2}*D*^{1}. niglis **E**^{2}*D*^{2}. *om.***E**^{1}. nis glis (-glir **R**) *r*. nisdi *va.B* | gemella **F**^{1}**R**^{2}**E***v*(*D*). -mela **DR**^{1}. -lema **a**. -male **d**. bubeium oppida **F**^{2}. (Nigligemela *B*[*S*]. Neglig- *G*) 12 bubeium **E**^{2}(*suprascr.*) *v*. nuptium *r* | thuben **E***v*. tu- *r* 13 rapsa oppidū **DFEa** 14 discera **R**(?)*va.D* | detri **d***v*. debris **E**^{2}*C*. *cfr.§36* 15 damiagi **F**. taminagi **R**^{1}. tamyaci **R**^{2}. namiagi **E**^{2}. nannagi *va.D* 16 desibari **R** | buluba **R***v*. -lba **DFa**. -lla **E**^{1}. -lluba **E**^{2}*D*^{2}. *cfr.MPt p.659*^{b} 17 halasit **DFa**. alasi **E***va.S*(*D*^{2}) | galsa **F**^{2}**E**^{2}*D*. balsa **E**^{1}(?)*v*. galia *rS* | balla *ll.S*. galla *v* | maxilla **E**^{1}. -il **a**. -xala *C*. mazalla **E**^{2}*D*^{2} | cizaniam **DR**. -ama *J*. zizaniam **a**. -zama *v* | giri in **R**. gyrim **F**^{1}**a**. gir- **Dd**. gar- **o** 18 praecessit *ll.Bas*. prodidit **ozv**

qui sunt non alte fodiendi, si locorum notitia adsit — harenis operientibus. proxumo bello, quod cum Oeensibus gessere initiis Vespasiani Imperatoris, conpendium viae quadridui deprehensum est. hoc iter vocatur Praeter Caput Saxi. finis Cyrenaicus *C*atabathmos appellatur, oppidum et vallis repente convexa. ad eum terminum Cyrenaica Africa a Syrti Minore |X|·LX in longitudinem patet, in latitudinem, qua cognitum est, DCCC*C*X.

39 6. (6) Quae sequitur regio Mareotis Libya appellatur, Aegypto contermina. tenent Marmarides, Adyrmachidae, dein Mareotae. mensura a Catabathmo Paraetonium LXXXVI. in eo tractu intus Apis interest, nobilis religione Aegypti locus. ab eo Paraetonium LXII·D, inde Alexandriam CC. latitudo CLXVIIII est. Eratosthenes a Cyrenis Alexandriam terrestri itinere DXXV prodit.

40 Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto |XXX|·XXXX longitudinem, Polybius et Eratosthenes, diligentissimi existimati, ab oceano ad Carthaginem magnam |XI|, ab ea Canopum, Nili proximum ostium, |XVI|·LXXXVIII fecerunt, Isidorus a Tingi Ca-

§ 39. 40: MCap. VI 672. — § 39: Eratosth. fr. p. 307 Berger. — § 40: Agrippa fr. 26 Riese. Polyb. III 39, 3. Eratosth. fr. p. 157 Berger. Agathem. III 10 (GGm II p. 474).

2 ocensibus **Ra** 4 quatriduo **o***va.G* 5 athabatmos *ll* 7 decies *ll.* -ies centena *va.J* | LX milia *ll.va.D.* LX minus *MPt p.664*[b] | longitudinem *ll.v(J).* -ne **d***C* 7. 8 patet in latitudinem (-ne **F²R²***v*) **F²R²E²***J. om.r* 8 DCCCCX *D²eVI 209.* DCCC/// **E²***v.* DCCCX *rD¹.* CCCC *MPt l.l.* 9 ea quae **E²o***va.H* 10 marmarides (amarm- **DF**) *ll.v(D).* -dae *L.* (*cfr.§33. Paus. I 7,2*) | adirmacidae **DRa**. irm- **F** 11 deinde **DFRa***S* | a *om.***F¹**. e **Da** | cathbathmo **DFa**. chathmo **R** | ad paraetonium **E²***va.S(D²)* 12 CXXXVI *MGGm I p.435* | intus *om.***E¹**. inter **R²** *in ras.* uicus *B e Strab. XVII p.799* (κώμη) 13 LXII·D **DFa***D¹.* LXII *r MCap.v(H).* XII·D *B e Strab. l.l.* 14 C *va.H* 17 |XXX|·XXXX *G e MCap.* |XXX|·L *J².* |XXX| *D¹.* LXXX *ll.* LXXXV *v* 19 LXVI **F²**. XVI *va.H* 20 XV **E***H* | LXXXVIII *MCap. D². cfr. Strabo I p.64.* XXVIII *ll.H.* XXIX *v*

nopum |XXXV*I*|·XCVII, A r t e m i d o r u s XL M minus quam
I s i d o r u s.
7. (7) Insulas non ita multas complectuntur haec 41
maria. clarissima est Meninx, longitudine XXV, latitudine
XXII, ab E r a t o s t h e n e Lotophagitis appellata; oppida
habet duo, Meningen ab Africae latere et altero Thoar,
ipsa a dextro Syrtis Minoris promunturio passibus MD sita.
ab ea C p. contra laevum Cercina cum urbe eiusdem nominis libera, longa XXV, lata dimidium eius, ubi plurimum,
at in extremo non plus V. huic perparva Carthaginem
versus Cercinitis ponte iungitur. ab *i*is L fere passuum 42
L*e*padusa, longa VI; mox Gaulo*s*, Galata, cuius terra scorpiones, dirum animal Africae, necat. dicuntur et in Clupea
emori, cuius ex adverso Coss*y*ra cum oppido. at contra
Carthaginis sinum duae Aegimoer*oe*, Arae autem scopuli
verius quam insulae, inter Siciliam maxime et Sardiniam.
auctores sunt et has quondam habitatas subsedisse.

§ 41: Mela II 105. — Eratosth. fr. p. 308 Berger. Strabo XVII p. 384. Agathem. V 22. 21 (GGm II p. 483). — § 42: Sol. 29, 8. cfr. Plin. III 92. XXXV 202. — (15) Liv. XXX 24, 8. Strabo II p. 123.

1 |XXXVI|·XCVII *ego coll. Agathem.* XXXV·XCVIIII *ll. v.* |XXXVII|·XCVIII *D*^{2} *ME p. 11* 4 meninx **E**^{2} *B.* -ix **F**^{2}**R**^{2} *v.* metri *r* 4. 5 XXXV .. XXV *va. H* 5 lotophagites **DFRE**^{1} *va. G.* -tas **a** 6 thoar **F**^{2} *G.* thoiar *v.* troiar **E.** -ia **a.** troar *r.* Phoar *MPt p. 662*^{a} 7 M **DF.** CC *va. H* 12 lepadusa *B*^{2}. lop- **E**^{2} *B*^{1}. lip- **DFdEa** *v.* lypid- **R**^{2}. lapidia **R**^{1}. *cfr. III 92* | gaulos *ego.* -lo// **F**^{1}. -loe *r* **o**. -los et *B.* -lee *v* | scorpionem **o**. *sed cfr. vol. V p. 487 ad XXXII 59* 13 negat **DF**^{1}**R** | & hinc **F**^{2} *in ras.* | clupea **Eo** *v*(*D*). -ppea **a.** lupae **F**^{2}. glupea **DdR.** -pae **F**^{1}. clypea *S coll. § 24* 14 cossyra *D.* cosyra *Bas.* cossora *ll.* -ssiria **E**^{2}. -ssyria *v* | tum oppido (-dū **F**^{2}**R**^{2}) **FdRa** 15 duo **FdE**^{1}**a** *va. H* | aegi (aege **F**^{2}**E**^{2}) moere (-ra **R**^{1}. mere **F**^{1}**d**) *ll.* aegimoroe *S.* -moerae *D.* -mori *G.* -muros *B e Strab.* | Arae *H.* eę arę **F**^{2}. i////// **F**^{1}. aea Re **E**^{2}. ca Rae **D.** ca Re **R**^{1}**E**^{1}**a.** ca ea Re **R**^{2}. careę **d.** a re *G.* arae, re uera *v. cfr. Serv. Aen. I 109. an potius* Chyarae (*olim scriptum* ciarae), *ut ap. Melam II 105?* | autem *ll. v*(*S*). *del.* **F**^{2} *G*(*D*^{1})

43 8. (8) Interiore autem ambitu Africae ad meridiem
versus superque Gaetulos, intervenientibus desertis, primi
omnium Libyes Aegyptii, deinde Leucoe Aethiopes habitant.
30 super eos Aethiopum gentes Nigritae a quo dictum est
flumine, Gymnetes Pharusi, iam oceanum attingentes quos
10 in Mauretaniae fine diximus Perorsi. ab his omnibus
vastae solitudines orientem versus usque ad Garamantas
Augilasque et Trogodytas, verissima opinione eorum, qui
desertis Africae duas Aethiopias superponunt, et ante omnes
Homeri, qui bipertitos tradit Aethiopas, ad orientem
44 occasumque versos. Nigri fluvio eadem natura quae Nilo.
calamum ac papyrum et easdem gignit animantes isdemque
temporibus augescit. oritur inter Tarraelios Aethiopas et
Oechalicas. horum oppidum Magium. quidam solitudinibus
interposuerunt Atlantas, iuxta eas Aegipanas semiferos et
Blemmyas et Gamphasantas et Satyros et Himantopodas.
45 Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. nam
neque nominum ullorum inter ipsos appellatio est et solem

§ 43. 44: MCap. VI 673. — § 43: (4) Mela III 104. — Homer. α 23. — § 44: (11—13) Sol. 30, 1. cfr. Mela III 96. — § 45. 46: MCap. VI 673. 674. — § 45: Mela I 43—46. Sol. 31, 2. 3. 30, 2. 31, 4. 5.

1 interiore **F**^{1}**E**^{1}**a**. Iter̃ **R**. interiorē **D**. -ri *rv* 2 getulos **F**^{2}. gaetulo **R**. get- **DF**^{1}. gent- **a** 3 lybiaes (-ię **F**) aegypti **DF**. Tybieseg- **R**. lybyes eg- **a**. Libyaegyptii *B* | leucoe *S e codd. MCap.* laeucae **F**^{2}. -uae **F**^{1}. leuc **D**. -ce *r*. -cae *va.B*. (Leucaethiopes *B*) 4 nigrate **E**^{1}**ao** | quibus **o** 5 flumina **DF**^{1}**Ra**. -men a **o** | pharusii iam **E**(?) *H*(*J*). -si etiam **R**^{2}*v*. -stam **DF**^{1}**R**^{1}**o**. -sta **a**. -sii **F**^{2}. -si et iam *G*(*S*) | et quos *H* 6 perossi **DF**^{1}**Rao** 7 ad orientem uersus *MCap* 8 augilasque **F**^{2}*J*. augyl- **E**(?)*v*. angel- **R**^{1}. angil- (abg- **F**^{1}) *r***o** 9 duas *om.***R** 11 uersus **FdE**^{1}**a** 13 taraelios **Ed**. -rraelyos **F**^{1}. -relios **o**. -lyos **F**^{2}**a**. -leos *va.S* 14 oechalicas (oeth- **F**^{2}) *D*. -igeas **R**^{2}. oecalicas (eoc- **o**) **Eo***v*. oe////ali////a **F**^{1}. oe///calicea **R**^{1}. oeacaluea (eac- **a**) **Da** | magnū **a**. Mauin *va.S* | *dist.***o***D* 15 imposuerunt **E**(?) *G* | iuxta eas (eos *v*) **E**^{2}**o***v*. eosque iuxta **F**^{2}*D*. iuxtaque eos **f**. eos **R**. eosque *r* 16 blemmias **Fao***va.G*. -mas **R** | gamphasantas (gram- **o**) *v*. -thas **F**^{2}. campa- *r* | satiros **R**^{2}**o**. -t//ros **F**^{1}. sachros **D**. sathos **R**^{1}. sachos **E**^{1}**a** 17 rituus **F**^{1}*D* 18 inter ipsos (eos *v*) **R**^{2}**E**^{2}**o***S*. *om.r*

orientem occidentemque dira inprecatione contuentur ut exitialem ipsis agrisque, neque in somno visunt qualia reliqui mortales. Trogodytae specus excavant; hae illis domus, victus serpentium carnes, stridorque, non vox: adeo sermonis commercio carent. Garamantes matrimoniorum exortes passim cum feminis degunt. Augilae inferos tantum colunt. Gamphasantes, nudi proeliorumque expertes, nulli externo congregantur. Blemmyis traduntur 46
capita abesse, ore et oculis pectori adfixis; Satyris praeter figuram nihil moris humani; Aegipanum qualis vulgo pingitur forma; Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura sit; Pharusi, quondam Persae, comites fuisse Herculis ad Hesperidas tendentis. nec de Africa plura quae memorentur occurrunt.

9. (9) Adhaeret Asia, quam patere a Canopico ostio 47
ad Ponti ostium Timosthenes |XXVI|·XXXVIII p. tradit, ab ore autem Ponti ad os Maeotis Eratosthenes |XV|·XLV, universam vero cum Aegypto ad Tanain Artemidorus et Isidorus |L|·XIII·DCCL. maria eius conplura ab accolis traxere nomina: quare simul indicabuntur.

---

§ 46: Mela I 47. 48. III 103. Sol. 31, 5. 6. — § 47: MCap. VI 675. cfr. Sol. 40, 1. — Eratosth. fr. p. 339. 328 Berger. Agathem. III 10 (GGm II p. 474).

---

1 intuentur **o**. cū tu- **F** 2 insomnio **a**. -nia *va.S* | uisi sunt **E**^{1}**a** 3 specuus **F**^{1}*D* | haec **DF**^{1}**R**^{2}**ao***S*. *om.* **R**^{1} 4 *an* stridor quoque? 6 augiles **o**. -gylae *va.J. cfr. § 43* 7 gramphasantes **o** 8 blemmiis **F**^{2}**ao**. -mmis **R** -mnis **F**^{1} 12 est **Eao***va.S* | pharosi **E**^{1} 13 fuisse dicuntur **o** (**E**^{3} *suprascr.*) *v. supple* traduntur *e v.8* 14 memorantur **DF**^{1}**E**^{1}**R**^{1} 15 canobico *J (semper)* 16 timosthenes (dem- **R**^{2}) **RE***v*. -nus (thym- **a**) **DF**^{1}**a**. -othenus **F**^{2}. thimostines **o** | XXXVIII *ll.v*(*D*). *om.* **o**. -VIIII **E**^{3}*L* | tradidit **FaE**^{3}*va.S*(*D*) 17 |XVI|·LXXV *MCap.* XVI·XLV·M *H* 19 et isidorus (ysi- **o**) **D**(?)**E**^{2}**o***v*. *om.r* | |L|·XIII·DCCL *D*^{2} *ME p.10. cfr. VI 209.* |LX|·III·DCCL *D*^{1}. LXIII·DCCL *ll.* LXIII·LXXV *H* LXXXVIII·DCCL (*del.G*) *v* 20 in qua re **DF**^{1}**d**^{1}**Eao**

Arabico latere Diaron oppidum esse eorum. **Bion autem** Sapen vocat quod ille Esar; et ipso nomine advenas significari. caput eorum in insula Sembobitin, et tertium in Arabia Sinat. inter montes autem et Nilum Simbarri sunt, Phalliges, in ipsis vero montibus Asachae multis nationibus. abesse a mari dicuntur dierum V itinere; vivunt elephantorum venatu. insula in Nilo Sembritarum
192 reginae paret. ab ea Nubaei Aethiopes dierum VIII itinere; oppidum eorum Nilo inpositum Tenupsis. Sesambri, apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti. at ex Africae parte Ptonebari, Ptoemphani, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes, Harusbi oppido longe ab Nilo sito, postea Archisarmi, Phalliges, Marigarri,
193 Chasamari. **Bion** et alia oppida in insulis tradit: a Sembobiti Meroen versus dierum toto itinere XX proximae insulae oppidum Seberritarum sub regina et aliud Asara,

§ 191: (5. 7) Sol. 30, 4. cfr. Plin. VIII 35. — § 192: (9. **11**. 12) Sol. 30, 5.

1 diaron (-anon E^s) *ll.v(D)*. diaon **p**. daron *B e Ptol. l. l.* deorum **DFR**. dorum **a** | bion cum **p**. uion enim E^s 2 esar (aes- *D*) et *v*. sesar (sedar **a**) et **DFdTRa**. asserit E^s**p** | aduenas ait **D**(?)*v a. S(J)*. *sed cfr. Müller de stilo p. 76. 77* 4 sinat *ll. S.* -as **dT**. syna **p**. sai *v* | simbarri $E^s R^2$ *S*. -biati **p**. barri *r*. symbari *v* 5 phalliges *ego. cfr. § 192 extr.* phali- E^s**p***v*. palugges (-udes **a**) *rS*. phalanges *B* | Azachaei *Sol. cfr. VIII 35* 7 nili **DFa**. illo E^s*v a. C* | sembritarum E^s*v*. *cfr. Strabo XVI p. 770. XVII p. 786.* sebr- **p** *B e Ptol. IV 7, 10.* semher- **a**. semberr- *r G* 8 regine **F**. -ione E^s**padT**. -ni *v a. G* 9 tenupsis E^s *B*. -psi *v*. enubsis (nu- **a**) *r*. themissis **p**. Tenessis *Strabo l. l.* | sambri E^s**p***v a. S.* psambari *Sol.* 10 quadripedes **FdRa** *SJ* | omnibus **FRa** 11 at E^s*v(D)*. *om. rS* | ptonebari *ego.* tonob- **DFdRa***S*. ptoemb- *v*. -enbani E^s**o**D^1. theb- **p**. *om.* D^2 | ptoemphani *ego.* -nae *B*. -phe **a**. -phoae *v*. -enphae **DF***S*. -phe **Rd**. -phani D^2. pthonemphani **o**. thonenph- E^s. *om.* **p** D^1. *sed cfr. Ptol. l. l.* 12 harusbi E^s**pDF***D*. bar- **a**. ar- **Rd***v(H)*. auruspi *C(S)* 13 nili situ E^s | archisarmi $E^s R^2$ *S*. -mis (arci- **a**) *r*. athisarmi **p**. ach- *v* | phalliges (-ies **a**) *ll. H(D)*. phali- *v(S)*. *cfr. § 191* | marigarri E^s *D*. -chari **p**. -gerri **Rd***v(S)*. -geri *r G* 14 chasamari E^s *D*. chassa- **p**. casa- *v*. casmari *rS* | et *om. Dal.* | sembobiti **R**(?)*v*. -oboti *r* 16 seberritarum **a**. -tharum **DFR**. -ertitarum **d**. -ernit- E^s. -ornith- **p**. sebarrit- *v*. sebrit- *B*. semberrit- *G* | asarcha **p**. asar *B*

alterius oppidum Darden; tertiam Medoen vocant, in qua oppidum Asel, quartam eodem quo oppidum nomine Garroen. inde per ripas oppida Nautis, Modum, Demadatin, Secundum, Collocat, Secande, Navectabe cum agro Psegipta, Candragori, Arabam, Summaram. regio supra Sirbitum, 194
ubi desinunt montes, traditur a quibusdam habere maritimos Aethiopas, Nisicathas, Nisitas, quod significat ternum et quaternum oculorum viros, non quia sic sint, sed quia sagittis praecipua contemplatione utantur. ab ea vero parte Nili, quae supra Syrtes Maiores oceanumque meridianum protendatur, Dalion Vacathos esse dicit, pluvia tantum aqua utentes, Cisoros, Logonporos ab Oecalicibus dierum V itinere, Vsibalchos, Isbelos, Perusios, Ballios, Cispios. reliqua deserta, dein fabulosa: ad occidentem 195

---

§ 194: (6—9) Sol. 30, 6.

---

1 darden *ll.S.* daron *B.* danden *v.* (Darada *Strabo XVI p.771*) | medoen **E^{s}d***r.* -em **Rp.** -eni *r* | *an* uocat? 2 garroen **E^{s}***D.* gairoem p. garode *r.* -den *v* 3 paropas **Fda***va.G* | nautis **E^{s}***D.* nathis p. nauos *rv.* (*desperanda videtur haec nominum series Latinis vocabulis similium*) | modum (madum **E^{s}***D.* -diam p) demadatim (-tin **E^{s}***D*) *ll.* modundam andatim *G.* -dae mandatini *v* 4 secundum **DFdTRa***H.* setu- *G.* secandum **E^{s}p***D.* -uni *v* | collogat **E^{s}**. -lligat (*G.* -ati *v*) *va.J* | sechande p | nauectabe **E^{s}***G.* -bae *v.* -ethabe p. nabettabet *r* | cum agro psegipta (-irta p) **E^{s}p***D.* (*dist. J^{2}*). cum agros (-or **R**) ipse agittae (-tte **ad.** -te **R**) *r.* cumi, agrospi (-oripse *J^{1}*), aegipam (*G.* -ani *v*) *v* 5 candragori **E^{s}***D.* chanda- p. candrogari *v.* anelago (anda- **Rd**) *r* | arabam (har- p) summaram (-rum **E^{s}**. simiarum p) *G.* -bum summorum *v* | siruidum **E^{s}**. -ithum p 7 nisicathas **E^{s}***D.* -chatas p. -castes *v.* nisacaethas *rS* | nisitas **E^{s}p***v*(*D*). -tis **a.** -ittos **dT.** nisytos **R***S.* -tis **F.** nysitis **D** 9 utuntur **E^{s}z***va.Bas.*(*D^{2}*) 10 que *om.* **DFRa***SJ* 11 protendatur **a.** -dantur **DFR.** -ditur **E^{s}***v* | dalio **DFRa***SJ* | uacathos **E^{s}***D.* uoc- **DFa.** -tos **Rd***v.* uagantes p 12 cysoros **ap** | logonporos **E^{s}***D.* -omboros **a.** longomp- *rS.* longop- *v.* -pothos p | oecalicibus *B coll. V 44.* eoca- *ll.* coca- *v* 13 usibalchos **E^{s}p***D.* -cos *rv* | isbelos *S.* -lus **DFRa.** isuelos **E^{s}***v.* -llios p | perusios *ll.v*(*S*). parru- p. pharu- *B.* -sos *G* | ballio **F.** uallios **E^{s}p.** ualios *va.S* 14 cispio **DFa.** aspios p | deinde **R**(?)p*va.D* | fabulosa **op***v*(*D^{2}*). -ossias **E^{s}**. -osis **R^{2}***S.* -osius *D^{1}*. -osi (*U 146*) *J.* -ulis *r*

versus Nigroe, quorum rex unum oculum in fronte habeat, Agriophagi, pantherarum leonumque maxime carnibus viventes, Pamphagi, omni mandentes, Anthropophagi, humana carne vescentes, Cynamolgi caninis capitibus, Artabatitae quadrupedes, ferarum modo vagi, deinde Hesperioe,
5, 10 Perorsi et quos in Mauretaniae confinio diximus. pars quaedam Aethiopum locustis tantum vivit fumo et sale duratis in annua alimenta; hi quadragesimum vitae annum non excedunt.

196 Aethiopum terram universam cum mari Rubro patere in longitudinem $|\overline{\text{XXI}}|\cdot\overline{\text{LXX}}$ p., in latitudinem cum superiore Aegypto $|\overline{\text{XII}}|\cdot\overline{\text{XCVI}}$ Agrippa existimavit. quidam longitudinem ita diviserunt: a Meroe Sirbitum XII dierum navigationem, ab ea XV ad Dabellos, ab his ad oceanum Aethiopicum VI dierum iter. in totum ab oceano ad Meroen $\overline{\text{DCXXV}}$ p.
184 esse inter auctores fere convenit, inde Syenen quantum
197 diximus. sita est Aethiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. meridiano cardine silvae, hebeno

§ 195: (2 sqq.) Sol. 30, 6. 7. 8. Artemid. ap. Strab. XVI p. 772. — § 196: Agrippa fr. 35 Riese. Dic. 4, 2. — (15) Sol. 30, 9. — § 197. 198: (17—513, 9) Dic. 4, 3. — § 197: (17—513, 2) Sol. 30, 14. Mela III 94. — (513, 6) cfr. Plin. V 7.

1 nigroe **E^sopd***B*(*D*). -o et **a**. -oae *rv*(*S*) | habeat in fronte (-tem **E^s**) **E^so***va.S*. (habet *SJ*) 2 agriofagi **DF**. acrorgi **E^so**. -ogi **p** | et leonum **R**(?)*va.D* | carnibus **E^sop***v*. -ne *r* 4 cynamolgi **E^so***v*. cynom- **p***Sol.* cinamalgi *r. cfr. VIII 104* | artabatitae **Rad**(*Sol.*)*G*. artha- **DF***v*(*D*). antha- **E^so**. anti- **p** 5 quadripedes **R^2***SJ*. quadri **FR^1a**. -pedum **d***v* | hesperioe *J*. -ie **a**. -iae **DFdR^1***v*(*S*). -ii *G*. -ia **R^2**. -ica **E^sp** 6 quod is (*pro* quos) **DFR^1a** 8 hi *om.* **R**. ii *C*. in *v* 10 mare **Fa** 11 $\overline{\text{XX}}\cdot\overline{\text{LXX}}$ **R** 12 $\overline{\text{XI}}$ **DFa** | $\overline{\text{XCVI}}$ **E^sop***D*. -VII *rv*(*S*). -$\overline{\text{VIII}}$ **dT***H* 13 XII **E^sp***G*(*D*). $\overline{\text{XI}}$ *rS*. XV *v* 14 XII **E^s***va.S*(*D*). totidem **p** | diabellos **R**. dauell- *G. cfr. § 190* | iis **Rd***va.D* | aethiopum **E^s**. ethyo- **p** 15 in *om.* **R** | totum autem **R**(?)*G*. -um enim **E^sp***v* | $\overline{\text{DCCXXV}}$ **E^sp***va.H*. $\overline{\text{DCXX}}$ *Sol.* 18 hebeno **DFa***v*(*S*). eb- **Rd**(?)*Dic.H*. hae uero **E^so**. uero **p**. hiberno *D coll. Sol.* (hieme). *cfr. Mela III 80. Plin. XII 18. 19. Strabo XVII p. 822 init. Diosc. m.m. I 129*

maxime, virent. a media eius parte imminens mari mons excelsus aeternis ardet ignibus, Theon Ochema dictus Graec*is*. a quo navigati*one* quadridui promunturium quod Hesperu Ceras vocatur, confine Africae iuxta Aethiopas Hesperios. quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate vestitos Aegipanum Satyrorumque produnt.

31. (36) Insulas toto eo mari et Ephorus conplures 198
esse tradidit et Eudoxus et Timosthenes, Clitarchus vero Alexandro regi renuntiatam adeo divitem, ut equos incolae talentis auri permutarent, alteram ubi sacer mons opacus silva repertus esset, destillante arboribus odore mirae suavitatis. contra sinum Persicum Cerne nominatur insula adversa Aethiopiae, cuius neque magnitudo neque intervallum a continente constat; Aethiopas tantum populos habere proditur. Ephorus auctor est a Rubro mari 199
navigant*es* in eam non posse propter ardores ultra quasdam columnas — ita appellantur parvae insulae — provehi. Polybius in extrema Mauretania contra montem Atlantem a terra stadia VIII abesse prodidit Cernen, Nepos Cornelius ex adverso maxime Carthaginis a continente p. M, non ampliorem circuitu $\overline{\text{II}}$. traditur et alia iusula contra montem Atlantem, et ipsa Atlantis appellata. ab ea V dierum praenavigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios et promunturium quod vocavimus Hesperu Ceras, 197
inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum

§ 199: Ephorus fr. 96^a Müller. Polyb. XXXIV 15, 9 Hultsch. Corn. Nep. fr. 51 Halm. — (24. 25) Sol. 56, 10. Mela III 100.

3 a graecis E^so *Dic.va.Bas.(D)* | nauigatione *Dic.S(D²)*. -tio *ll.v(J)*. *cfr.§200.201.199.86. II 187. IV 95.104; aliter §196. IV 57. V 10.89* | ad promontorium *va.S* 4 Hesperion *va.S. cfr. II 237. V 10* | cheras **R** 7 Eoo *D*¹ 9 regi renuntiatam E^sop*v(D)*. rege (-gi *Dic.*) renuntiat (-auit **a**) *r Dic.S* 11 siluarum E^soz | distillante o. -ntibus *va.S* 12 contrarium (*om.* sinum) E^s | *dist.va.S* 14 a E^sF²p*v*. *om.r* 17 peruehi **DFRa**
21 CC (*pro* M) p. X **R***S* | ampliore **ap** 22 appellatae **F**. -te **a** 23 V **Rad**. quinque **DFp***v*. II E^sz*D* | praenauigatione **aT***D*. naui- E^sp*v*. praenauigationi **Fd***S*. -nis (pna- **R**) *rJ*

200 ac mare Atlanticum. contra hoc quoque promunturium Gorgades insulae narrantur, Gorgonum quondam domus, bidui navigatione distantes a continente, ut tradit Xenophon Lampsacenus. penetravit in eas Hanno Poenorum imperator prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse; duarum Gorgadum cutes argumenti et miraculi gratia in Iunonis templo posuit, spectatas usque
201 ad Carthaginem captam. ultra has etiamnum duae Hesperidum insulae narrantur, adeoque omnia circa hoc incerta sunt, ut Statius Sebosus a Gorgonum insulis praenavigatione Atlantis dierum XL ad Hesperidum insulas cursum prodiderit, ab his ad Hesperu Ceras unius. nec Mauretaniae insularum certior fama est. paucas modo constat esse ex adverso Autolol*u*m a Iuba repertas, in quibus Gaetulicam purpuram tinguere instituerat.
202 **32.** (37) Sunt qui ultra eas Fortunatas putent esse quasdamque alias, quo *in* numero idem Sebosus etiam spatia conplexus Iunoniam abesse a Gadibus DCCL p. tradit, ab ea tantundem ad occasum versus Pluvialiam Caprariamque; in Pluvialia non esse aquam nisi ex imbri. ab iis CCL Fortunatas contra laevam Mauretaniae in VIII horam solis; vocari Invallem a convexitate et Planasiam

§ 200: Sol. 56, 11. 12. MCap. VI 702. Mela III 99. 93. — § 201: Sol. 36, 13. MCap. VI 702. Mela III 100. — Iuba fr. 28 Müller. Mela III 104. Sol. 26, 1. cfr. Plin. V 12 extr. IX 127. — § 202: (16. 21) Sol. 56, 14. MCap. VI 702.

2 quoquodam E^s 3 nauigationis **FdRa** | distantis **FRa**. -tesque **o** | continenti (*om.* a) **o** 4 lamsacenus **o**. -cetenus **Fa** | hamno **R**. anno **Fa** 6 euadisse **a**. aeua- **F** | duarumque **R**(?)*v* | gordanum **a**. gorgonum **o***va.S* 9 circa haec *va.S* 10 sattius **DFR**. satius **a** 12 prodiderint **Fa**. -runt E^s 14 ex (*om.* **p**) aduersum E^s**p** | autololum *C.* -loliam *ll.* antholiam **p**. *cfr. V 5. 17* 15 instituerant E^s. constituerat **R** 16 putant **R**(?)*va.D* 17 quo in *ego. cfr. VII 60.* quorum **Fa***G.* quarum *rv*(*H*). -rum e D^2 18 a *om.* **Fp** 19 ab occasus **DFRa** 20 imbribus **R**(?)**p***v. cfr. X 97* 21 CCXL **p** | laeuā **RdT***v*(*S*). -ua **F***H.* ·eua *r* | in VIII *ll.***p***S.* in VIIII **dT***H.* VIII M p. *v* 22 Oram *va.H* | Inuallem *ll.S.* Conu- *H.* in conualle *v* | a E^s*v*(*D*). *om.* *rS* | ·lanasia R^1. -nisia R^2. -nariam *va.S*

a specie, Invallis circuitu CCC p.; arborum ibi proceritatem
ad CXL pedes adulescere. Iuba de Fortunatis ita inqui- 203
sivit: sub meridiem quoque positas esse prope occasum,
a Purpurariis DCXXV p., sic ut CCL supra occasum navi-
getur, dein per CCCLXXV ortus petatur. primam vocari
Ombrion, nullis aedificiorum vestigiis; habere in montibus
stagnum, arbores similes ferulae, ex quibus aqua exprimatur,
e nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. alteram 204
insulam Iunoniam appellari; in ea aediculam esse tantum
lapide exstructam. ab ea in vicino eodem nomine minorem,
deinde Caprariam, lacertis grandibus refertam. in conspectu
earum esse Ninguariam, quae hoc nomen acceperit
a perpetua nive, nebulosam. proximam ei Canariam 205
vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis — ex
quibus perducti sunt Iubae duo —; appar*ere* ibi vestigia
aedificiorum. cum omnes autem copia pomorum et avium
omnis generis abundent, hanc et palmetis caryotas ferentibus
ac nuce pinea abundare; esse copiam et mellis,
papyrum quoque et siluros in amnibus gigni. infestari
eas beluis, quae expellantur adsidue, putrescentibus.

(38) Et abunde orbe terrae extra intra indicato

§ 203: Iuba fr. 28 Müller. Sol. 56, 14. 15. MCap. l. l. — § 204. 205: Sol. 56, 16—19. MCap. l. l.

1 aspicite **Fda** | conuallis **E^s p** *va.S* | circuitum **d**(?) *H* | proceritate **p** 2 CXL **E^s p** *D.* CXIIII *r H.* CXLIIII *v* | adulescente **p** 3 ut sub **Fap** *va.G* | meridie **R**(?)**fp** *H* | quoque *om.* **E^s p** *va.H*(*D*) 4 DCCXXII (DCCC- **p**) **E^s p.** -XXV *va.H* 5 LXXV *L errore* 6 ombrion **E^s p** *v.* ondr- *r* 7 ferulęae (*om.* ex) **R** 8 ex nigris **op** *va.S* | potuis **F.** -tius **ad** 9. 10 tantum uno lapide *coni.S.* in altum illepide *MPtp.754^b coll.Sol.* (ignobiliter ad culmen fastigata) 10 exstructum **E^s.** -ctat **DF** 12 ninguriam **R.** niuar- *B e Sol. et MCap.* 14 uocari a (am **E^s**) **E^s op** *v*(*D*). *om.r S* 15 duo **R**(**a**?)*v.* duc **DF.** *om.* **E^s op** | apparere *ego.* -arent **E^s op** *v*(*S*). -arentque *C.* apperent (ape- **F**) *r* | ibi **E^s op** *v*(*D*). *om.r* 16 copia *v.* -iae *ll* 18 et *om.* **E^s.** quoque *va.G* 19 siluro **E^s** 20 expuantur aestu *coni.D e Sol.* | putrescentibus **Rpv.** putes- *r D. cfr. XI 277* (**M**). *XXXII 68. 76. 126. XXXV 189* (**B**) 21 at **p** *va.S* | terrarum *va.S* | intra *om.* **E^s p**

206 colligenda in artum mensura aequorum videtur. **33.** Polybius a Gaditano freto longitudinem directo cursu ad os Maeotis |XXXIIII|·XXXVII·D prodidit, ab eodem initio Siciliam |XII|·L, Cretam CCCLXXV, Rhodum CLXXXVII·D, Chelidonias tantundem, Cyprum CCCXXV, inde Syriae Seleuciam Pieriam CXV, quae computatio efficit |XXIIII|·XL.
207 Agrippa hoc idem intervallum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem derectam |XXXIIII|·XL taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem a Siculo freto Alexandriam cursus |XIII|·L tradidit. universus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit intra Maeotim lacum |CLV|·VIIII, Artemidorus adicit DCCLVI, idem cum Maeotide |CLXXIII|·XC p. esse tradidit.
208 haec est mensura inermium et pacata audacia fortunam provocantium hominum.

Nunc ipsarum partium magnitudo conparabitur, utcumque difficultatem adferet auctorum diversitas, aptissime tamen spectabitur ad longitudinem latitudine addita. est

§ 206: Polyb. XXXIV 15, 2 Hultsch. MCap. VI 703. — § 207: Agrippa fr. 36 Riese. — (10) MCap. l. l. Marcian. Heracl. I 5 (GGm I p. 520) Agathem. III 10 (GGm II p. 474).

1 colligenda *G*(*J*). -dam **DFdRa***S*. collega **E**[a]. -ecta **p***v* | mensuram **DFda***S* | aequior *va.G* 3 D *om. MCap.* | initio **DF**[1]**dR**[1]**a***J. add.* ad orientem recto (dire- **R**[2]*S*) cursu **E**[a]**F**[2]**R**[2]**p***v*(*D*) 4 XII·LX·D **E**[a]*va.S* | CCCCLXXV **F**[1] 5 CCCXXV *v*(*D*[2]). CCXXV **DFdRa***S*. -XXII **E**[a]**p***H. cfr. D ME p. 8 n. 2* 6 XXIIII·XL **DFdap***D*[2]. XXIII·XL **E**[a]**R**(?)*v. cfr. D l. l. n. 3* 8 derectam **E**[a]**F**. dir- *rv* | XXXXIIII·XL **E**[a] 10 cursu **FTRap** *Brot.* XIIII·L **a**. XII·L **E**[a](**p**)*va.S* 11 dictus **E**[a]**DF** 12 ad (*pro* intra) **E**[a]**p***G*(*D*[1]) | |CLV|·VIIII *D. cfr. ME p. 8. 9.* CLVIIII **DFdRap***S*. -VII *MCap.* CLIII **E**[a]. -VI *v.* (*numeri Agathemeri efficiunt* |CLV|·III) 13 DCCLIII **p** | meotidem **E**[a] | CLXXVII **p**. CLXXXII·XC *MCap.* | *an* tradit? 14 audacta **DF**. auda **E**[a] | fortuna **DFR** 16 conparabit **E**[a]. -retur **o** | cumque **DF** 17 siuersitas **DF**. liersi- **E**[a] 18 latitudinē **E**[a]**DF**

ergo ad hoc praescriptum Europae magnitudo .... *lon-*
gitudo LXXX*VII*·XIIII. Africae — ut media ex omni
varietate prodentium sumatur computatio — efficit longitudo
XXXVII·XCVIII; latitudo, qua colitur, nusquam CCL ex-
cedit. sed quoniam in Cyrenaica eius parte DCCCCX 209
eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usque,
qua noscebantur, complectens, universa mensura, quae
veniet in comparationem, XLVI*I*·VIII efficit. Asiae lon-
gitudo in confesso est L·XIII·DCCL; latitudo sane com-
putetur ab Aethiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam,
ut per Meroen et Syenen mensura currat, XVIII·LXXV.
apparet ergo Europam paulo minus dimidia Asiae parte 210
maiorem esse quam Asiam, eandem altero tanto et sexta
parte Africae ampliorem quam Africam. quod si mi-
sceantur omnes summae, liquido patebit Europam totius
terrae tertiam esse partem et octavam paulo amplius,
Asiam vero quartam et quartam decimam, Africam autem
quintam et insuper sexagesimam.

(39) His addemus etiamnum unam Graecae inven- 211

---

§ 208: (1—4) MCap. VI 703. Dic. 3, 3. — § 209: Agrippa fr. 37 Riese. — (8—11) MCap. l. l.

---

1 longitudo *coni. P* | *lacunam* (*a P detectam*) *D ME p. 14. 15 supplevit his:* CII·LXXI, latitudo enim ab Arsia per Varum ad ostium Rheni XVI·LIII, longitudo. *sed numeri non certi*
2 LXXXVII·XIIII *ego ex Agath. cfr. IV 121.* LXXXVI·XVIII *D^2 ME p. 13.* LXXXI·XLVIII E^sp*v*(*D^1*). LXXII (-V a)·XI·XCIIII DFa. LXXXII·XII·XCIIII RdT. LXXXII·XCIIII *MCap. H*
4 XXXVI a | XCVIII E^sp *Salmant. H*(*D*). XCIIII *r MCap. S.* XLVIII *v* 5 a (*pro* in) R(?)*va. D* | DCCC·X T. *cfr. V 38*
8 computationem E^sp*va. S*(*D*). *cfr. p. 516,16, de mendo VII 132 extr.* | XLVII *D ME p. 12.* XLVI *ll. v.* -III p 9 L·XIII·DCCL *D^2 l. l. p. 10.* LX·III·DCCL E^s*D^1*. LXIII·DCCL (L *om.* R. CCCL p) *r MCap. v.* LXIII·LXXV *H* 11 et E^sDd(?)*v*(*D*). et per FTRa*S* | syenem R. my- d. miennē Fa | XVIII·XXV *MCap.* 12 europae FdR 13 asiae FdR 17. 18 africam autem quintam *om.* FdR[1]

tionis scientiam vel exquisitissimae subtilitatis, ut nihil desit in spectando terrarum situ indicatisque regionibus noscatur et cum qua cuique *sid*erum societas sit sive cognatio dierum ac noctium quibusque inter se pares umbrae et aequa mundi convexitas. ergo reddetur hoc etiam, terraeque universae in membra caeli digerentur. plura sunt autem segmenta mundi, quae nostri circulos appellavere, Graeci parallelos.

212 **34.** Principium habet Indiae pars versa ad austrum. patet usque Arabiam et Rubri maris accolas. continentur Gedrosi, Carmani, Persae, Elymaei, Parthyene, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad Petras usque, Syria Coele, Pelusium, Aegypti inferiora, quae Chora vocatur, Alexandria, Africae maritima, Cyrenaica oppida omnia, Thapsus, Hadrumetum, Clupea, Carthago, Vtica, uterque Hippo, Numidia, Mauretania utraque, Atlanticum mare, columnae Herculis. in hoc caeli circumplexu aequinoctii die medio umbilicus, quem gnomonem vocant, VII pedes longus umbram non amplius IIII pedes longam reddit, noctis vero dieique longissima spatia XIIII horas aequinoctiales habent, brevissima ex contrario X.

---

§ 212—220 *exscripsit* Beda t. r. 33, *excerpta in artum contraxit* idem n. r. 47.

---

1 sententiam **d**(?)*va.S*(*J*) 2 spectato E^s**o**. -tio **p**. *cfr. Rück 3 p.247* 3 et *om.***p** | cum qua **DFdTRa***H*. quam E^s. que **o**. quae **p***v* | siderum (*vel* caeli) *ego*. eorum E^s**o**. earum **p***v*(*D*). *om.***r***S*. *cfr. XVIII 216. 273. II 95. XXXVII 100* 6 terraque uniuersa E^s*va.H*(D^1). *cfr. ind. VI* (*38*) | digeretur *va.H*(D^1) 7 sint D^1**FR** | autem **o***S*. haec *ll.* autem haec **p***v* 10 *an* usque ad Arabiam? 11 gedrosie E^s**o**. cedrosi (caed- **F**) *r* | carminii **DF**. *om.***R** | naria E^s**o** 13 pelusiae D^1**FR** 14 cora E^s**o** *Beda*. chorani **p** | alexandriae **Ra***va.D* | africae mauritania E^s**o** 15 Thapsus — Clupea *om.***o**, *qui etiam in seqq. plura omisit, quae omnia adnotare non attinet; item in reliquorum scriptura orthographicas minutias praetermisi* 16 utraque Hippo *Beda va.H*(D^2) 17 circumflexu **p** *Dal.* 18 die medio (-ia *Beda v*) **RadTo***S*. -diae medior (-io D^2) **DF**. dimidio E^s**p** *Ox.* 19 VII *vel* VIII *codd. Beda* | umbram — 20 reddit *om.*R^1 | umbrarum E^s | quattuor *ll.v. recte* quaternos 21 breui E^s | X *om.*D^1F^1

213 Sequens circulus incipit ab India vergente ad occasum, vadit per medios Parthos, Persepolim, citima Persidis, Arabiam citeriorem, Iudaeam, Libani montis accolas, amplectitur Babylonem, Idumaeam, Samariam, Hierosolyma, Ascalonem, Iopen, Caesaream, Phoenicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytum, Botr*yn*, Tripolim, Byblum, Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciae maritima, Cypri austrina, Cretam, Lilybaeum in Sicilia, septentrionalia Africae et Numidiae. umbilicus, aequinoctio XXXV pedum, umbram XXIIII pedes longam facit, dies autem noxque maxima XIIII horarum aequinoctialium est accedente bis quinta parte unius horae.

214 Tertius circulus ab Indis Imavo proximis oritur. tendit per Caspias Portas, Mediae proxima, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cilicias Portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphyliam, Siden, Lycaoniam, Lyciam, Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Cnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, *G*ythium, Malean, Argos, Laconicam, Elim, Olympiam, Messaniam Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siliciam mediam, Sardiniae austrina, Carteiam, Gadis. gnomonis C unciae umbram LXXVII unciarum faciunt.

---

2 medos **FTo** *Beda* 4 hierosolimā **F**^{2} *Beda*. ier- **ao**. -lymam *va.S* 5 iopem **p**. ioppen **o** *Beda va.S* | phenicē **ao**. phoenices **R** *SJ* 6 botryn *Bas.* bothrim **E**^{s}**o** *Beda*. -trim *r*. -trin *v* 8 austrinam **E**^{s}. -na austrinam *Beda* | septentrionale *Beda* 9 XXXII **E**^{s} 10 XXIIII **DFdTRp** *v*. -III **E**^{s}**ao** *Beda* | pedes — 11 XIIII *om.* **D**^{1}**FR**^{1} | pedum **D**^{2}**R**^{2} 11 accedente bis **D**^{2} *in ras.* **R**^{2}**ao** *Ox. Beda D*. -te his (iis *v*) **p** *v*. -tes bis **E**^{s}. -te **d**(?) *S*. -tibus *r* 13 imao *B* | proximus **o** 14 partes **E**^{s}**o** | mediaeque **op** *S* | proxima **E**^{s}**ao** *S*. -mas *Beda v*. -mae **D**^{2} *in ras.* -mā **FdTRp**. -xuma// **D**^{1} | cataoniam **D**^{2}**E**^{s}**o** *Ox. Beda r*. -iae *r*. -aioniā **a**. chaioniam **p** 15 cilias **E**^{s}**o** 16 pamphyliae *B* 17 lyciae *B* | patara (*P*) *H*. -ram *ll. v*(*D*^{2}). -rum *Beda. om.* **o**. *cfr. II 243* 19 gythium **d**(?) *B*. cyth- **o** *Beda*. cynth- **p**. scith- **R**. cith- *v*. chiti- **DF**. citi- **E**^{s}**a** | laconiam **R**(?) **o** *va.S*. lachao- **p** 20 messaniam **E**^{s}**Ro** *D*^{2}. -nam *r Beda G*. -sseniam *v*(*H*). -nen *L* 21 mediae **E**^{s} | carteziam **a**. -zam **E**^{s}. -egiam *Beda. om.* **o** | gades **E**^{s}**D**(?) *va.S*(*D*). *om.* **o** 22 C unciae *B*. cunctae **E**^{s}**p** *v*. -te **ao** *Ox. Beda*. cuuniciae (-cie **R**) *r* | LXXIIII **op**. XXXIIII **E**^{s}. -VIII **a** *Beda*

longissimus dies est aequinoctialium horarum XIIII atque dimidiae cum tricesima unius horae.

215 Quarto subiacent circulo quae sunt ab altero latere Imavi, Cappadociae austrina, Galatia, Mysia, Sardis, Zmyrna, Sipylus, Tmolus mons, Lydia, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletus, Chios, Samos, Icarium mare, Cycladum septentrio, Athenae, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patrae, Isthmus, Epirus, septentrionalia Siciliae, Narbonensis Galliae exortiva, Hispaniae maritima a Carthagine Nova et inde ad occasum. gnomoni XXI pedum respondent umbrae XVI pedum. longissimus dies habet aequinoctiales horas XIIII et tertias duas unius horae.

216 Quinto continentur segmento ab introitu Caspii maris Bactri, Hiberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampsacum, Sinope, Amisum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thasus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larisa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, Edesus, Beroea, Pharsalia, Carystum, Euboea Boeotum, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurii, Locri, Regium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baliares, Hispania media. gnomoni septem pedes, umbris sex. magnitudo diei summa horarum aequinoctialium XV.

217 Sexta comprehensio, qua continetur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septentrionalia Armeniae, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicaeam, Cal-

---

1 longissime **Rd**. -mae **F**^{1}. -ma **F**^{2} 2 trigesima parte *va.S*. -ma **op** | horae *ll.v.* horae parte **op**D^{2} 3 circulo *om.* **E**^{s} 4 Imai *B*. intuitu **E**^{s} | galicia **E**^{s}**o** 5 sipalus **FR**. sipulus **o** | imolus **E**^{s}**DF***Beda* | Lydiae *Beda B* 6 Cyclades *Beda va.H* 7 septentrionales *Beda va.D* 8 isthumus **F**. istu- **o** 11 XIII **op**. XVII *va.H* 14 bactria (-ra *L*) *Beda va.S* 18 Larisa — 20 Del[phi] *om.***a** | larissa **o***Beda va.S* | edessa *G* 19 boeotia *G*. -ti *L* 20 brundusium **o***Beda va.L* 22 baleares **o***va.S* | gnomonis **FdRao***S* 24 XII **op** 27 rhindacum **a**. rin- **op**. harin- **FdR** | calchadonem *D. cfr.V 149 sqq.* chalchad-**D**^{1}**F**. chalchaed-**D**^{2}. calced-**E**^{s}**aop***Beda*. chalced-**R**(?)*v*

chadonem, Byzantium, Lysimacheam, Cherronesum, Melanem sinum, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Aenum, Bessicam, Thraciam, Maedicam, Paeoniam, Illyrios, Durrachium, Canusium, Apuliae extuma, Campaniam, Etruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolim, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam et inde per Lusitaniam. gnomoni pedes VIIII, umbrae VIII. longissima *diei* spatia horarum aequinoctialium XV addita VIIII parte unius horae aut, ut Nigidio placuit, quinta.

Septima divisio ab altera Caspii maris ora incipit, 218 vadit super Callatim, Bosporum, Borysthenen, Tomos, Thraciae aversa, Triballos, Illyrici reliqua, Hadriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patavium, Veronam, Cremonam, Ravennam, Anconam, Picenum, Marsos, Paelignos, Sabinos, Vmbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum omniaque ab Appennino, transque Alpis Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenaeum, Celtiberiam. umbilico XXXV pedum umbrae XXXVI, ut tamen in parte Venetiae exaequetur umbra gnomoni. amplissima di*ei spatia* horarum aequinoctialium XV et quintarum partium horae trium.

Hactenus antiquorum exacta celebravimus. sequentium 219 diligentissimi quod superest terrarum supra tribus adsi-

---

1 lysimachiam **R**(?)*va.D* 2 maroniam **FRa** | aenum — 3 paeoniam *om.***DFdR**[1] | Oenum *Beda* | bessiā **aT** 3 trachiam **o** | maedicam **E**[s]*B*(*S*). medicam **R**[2]**a***v*(*H*). -iam (*Beda*) *C. om.***o** | Illyricos *Beda. om.***a** | dirrachium **a.** dara- **F.** *om.***o**
6 tarraconem **Ra***v.* terr- *r* (*item seq.* **E**[s]**o** *Beda*) 7 pedes sex **o** 8 diei *Beda va.S*(*D*[2]). *om.ll.***op** | equinoctialia **o** | XII **o.** XVI **p** 9 VIII **a** | aut *om.***E**[s]**op***D*[2] 10 maris *om.***D**[1]**FdR**[1]
11 uadit *ll.S.* -itque **dT***Beda H.* caditque *v* | stomos **E**[s]*Beda v a.B.* stromos **DFd.** mons **a.** samos **R**[2] *ex corr. om.***o** 12 aduersa **FdTRa.** *om.***o** 13 niceciā **a.** *om.***D**[1]**FdR**[1]**o.** uicentiam **p***va.L* 16 omnia quae **op** | ab **o***Ox. Beda v. om.ll.***p** | alpes **FRaop** *va.S.* (transalpinam *Beda*) 17 gallie **a** | aquitanicam **DRd**(?)*G.* -iam *r***op***Beda v* 18 XXXII **op** | pedum *om.***F** | XXXIII **o**
19 exequetur **o.** -quitur **E**[s] 19. 20 diei spatia *ego.* dies *ll.v* 20 XII **o** | quartarum **p** 21 horarum **op***Beda* 23 diligentissime **FdRa** | supra **E**[s]**D**[2]**op***Salmant. Ox. Beda* (*P*) *D. om.rv*

guavere segmentis, a Tanai per Maeotim lacum et Sarmatas usque Borysthenen atque ita per Dacos partemque Germaniae, Gallias oceani litora amplexi, quod esset horarum XVI, alterum per Hyperboreos et Britanniam horarum XVII, postremum Scythicum a Ripaeis iugis in Thylen,
4,104 in quo dies continuarentur, ut diximus, noctesque per
220 vices. *i*idem et ante principia quae fecimus posuere circulos duos: primum per insulam Meroen et Ptolemaidem in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam, ubi longissimus dies XII horarum esset dimidia hora amplior, secundum per Syenen Aegypti euntem, qui esset horarum XIII, *i*idemque singulis dimidia horarum spatia usque ad ultimum adiecere circulis.

Et hactenus de terris.

---

1 tegmentis **E^{s}D^{1}F** | octauus a Tanai (*Beda*) | meotium **o**. meocu **E^{s}** | sarmatis **o** 2 dacos *ll.* **o** *Beda v.* dachos **p**. daicos *Ox. add. falsa iteratione* pardalos **a**. par- **DFdT**. -dulos **R** 3 Gallias ingreditur (*Beda*) 4 XIII **op** 5 XIIII **op** | ripalis **F**. riphaeis *Beda v a. S.* -heis **aop** | thylen **E^{s}D** *J.* thilen **op** *v.* tylaen **F**. tilen **Ra**. thulen **d** (?) *Beda C* 6 continui orientur **E^{s}**. -iuntur **op**. *cfr. Rück 3 p. 247* 8 insulas **FdR** 9 condita **DFR**. -tum **E^{s}** 12 XIII **E^{s}Ra** *Beda v.* XIIII *r* **p**

APPENDIX

De codice Leidensi Lipsii VII (**F**), cognito adhuc iis tantum lectionibus, quas Detlefsen publici iuris fecit in editione anni 1866 parcissimo delectu adnotatas, nonnulla hoc loco exponere utile videtur, cum de eius origine et indole Welzhofer controversias moverit, de quibus nisi pleniore lectionum cognitione non potest cum aliqua probabilitate iudicari. faciem quidem et habitum codicis post Geelium ita descripsit Detlefsen in Fleckeiseni annal. XCV (1866) p. 70 sqq., ut vix addi possit quod novum et magni momenti sit. neque vero opus est denotare diligentiam incuriamve variam, sed parem fere inscientiam scribarum, qui suas quisque portiones unius eiusdemque archetypi transcripserunt, aut selectis exemplis illustrare mendorum genera multiformia, litteras oculorum aut aurium errore inter se confusas, syllabas foede divulsas aut conglutinatas, ut vocabula exsistant portentosa, quaeque alia huc pertinent; nam de Leidensi **F** in universum eadem valent quae de Bambergensi **B** in vol. V p. 478 sqq. disserui, eaque plerisque codicibus communia esse solent. sed tria potissimum sunt, quae adhuc incerta nec satis explorata videri debeant.

Primum igitur cum in familia, qua **DFREa** continentur, **D** et **F** artiore cognationis vinculo iunctos esse facile appareat, ambigitur tamen, sitne uterque separatim ex communi archetypo an **F** demum ex **D** paulo vetustiore transcriptus. ac primo quidem Detlefsen priorem opinionem pronuntiavit, cum fratres germanos eos appellaret, postea vero alteram amplexus est, cum mirificae similitudinis indicia quaedam externa deprehendisset, quibus **F** non fratrem, sed filium esse codicis **D** evinci videretur (cfr. edit. vol. IV praef. V). quam retractationem studiose oppugnavit Welzhofer, qui quaecumque mentis acumine indagari possunt scite compositis (cfr. Beitrag p. 26 sqq.) negavit indicia illa ad persuadendum efficacia esse. addidit idem p. 29 quinque lectiones libri II ex editionis Detlefseni apparatu desumptas, quarum dissensu **F** propriam ac suam sibi vindicaret ex ipso archetypo communi originem. sed sinistro casu acciderat, ut hae lectiones non accurate essent in editione enotatae. omnibus enim **F** cum **D** planissime congruere ipse vidi;

nam II 222 in voce *plurimus* terminatio *mus* ab altera demum manu **F**[2] in loco raso substituta est itemque § 230 in voce *incorruptas* littera *s* ab eadem appicta. una potuit lectio ex libro II afferri: 199 *inuenit* **D**, *inuenitur* **F**. nihilo minus Welzhofero assentiendum esse arbitror, quoniam ex pleniore apparatu, quo Detlefsen novam editionem anni 1905 instruxit — si modo vacat erroribus —, et mea collatione codicis **F** elucet, hunc tot tamque variis lectionibus a **D** discordare, ut discordia non possit explicari nisi separata utriusque ex eodem exemplari origine. qua in re praefandum reor, missas me facere discrepantias litterarum *i* et *y*, *ae* et *e*, *c* et *t* aliasque eius modi minutias, si unius **F** propriae sint, cuius scribae solebant *ae* pro *e* exarare, usque adeo ut vel *fuaerae, potuissae, aedit, sae, saecum* et similia passim obvia sint. talibus igitur neglectis inveni in libro III circiter 90 lectiones, quibus **F** plus minusve a **D** discedat idque ita ut 44 earum communes habeat cum **R** vel **a** vel etiam **Ra**, nec aliter in libro IV circiter 100 lectiones varias, in his 60 communes cum aliis eiusdem familiae codicibus. nudos numeros posui, ut chartae parcerem; paucas tamen lectiones exscribere non piget: III 5 *proximus* **Fa**. *-mis* **DRE**. 34 *tritollorum* **FREa**. *tricoll-* **D**. 42 *queso* **F**, *quo se* (*so* **a**[1]) **DRa**. 54 *intra* **FRa**. *infra* **D**. 58 *nicodero* **F**[1]**Ra**. *-doro* **D**. 59 *pomptina* **Fa**. *-puna* **DR**, ib. *amyticle* **F**[1]**Ea**. *-tide* **DR**. 60 *leborini* **F**. *lepor-* **a**. *lebur-* **DRE**. 69 *nubetani* **FRa**. *bube-* **DE**. 70 *surrento* **FR**. *-tino* **DEa**. 91 *helasini* **F**[1]. *lahesini* **DEa**. 92 *aephaestiadis* **F**. *et aepestiades* **D**. *-dis* **E**. 97 *thalandrum* **FREa**. *chal-* **D**, ib. *qua* **FREa**. *quo* **D**. 100 *messapiam* **F**[1]**RE**[1]**a**. *-pia* **D**. 102 *pactius* **F**. *pattius* **DREa**. 104 *frentana* **F**. *fret- r*, ib. *atinates* **F**. *etin- r*. 114 *farfinates* **FRa**. *carf-* **DE**, ib. *persaei* **F**. *-sei* **REa**. *-sici* **D**. 131 *undecuma* **FRa**. *unde cum* **D**. 135 *ceutones* **F**[1]. *cut-* **R**. *ceutohes* **Da**. 139 *titi/|um* **F**. *ticium* **a**. *tittum* **D**. 145 *acroceraunï* **FRa**. *-raunia* **D**. 148 *uadasus* **FaR**[2]. *ualdasus* **D**. 152 *gnidiorum* **Fa**. *gind-* **R**. *cnid-* **D**. et ex libro IV 1 *paululum* **FaR**[2]. *paulum* **DR**[1]. 13 *arhetusa* **F**. *-sae* **R**. *-se* **a**. *araethyrea* **D**. 15 *cyparissus* **F**. *-rrisius* **DR**[1]**E**[1]. 16 *tyraeae* **F**. *tyree* **a**. *thyrea* **D**. 20 *et* **F**[1]**R**[1]. *est t* **D**. 24 *indica uilius* **F**. *-cabili hos* **D**. 25 *yppocrene* **FRa**. *bypp-* **DE**. 26 *glissa* **Fa**. *glisa* **DRE**, ib. *gopae* **FR**. *gape* **D**. 29 *pieri* **F**[1]**Ra**. *-ria* **D**. 30 *auiabilis* **F**[1]**R**[1]**a**. *uiab-* **DE**[1]. 32 *locus* **FRa**. *ocus* **D**. 44 *traecia* **F**. *tretia* **DR**, ib. *raptam* **FRa**. *-ta* **DE**, ib. *gatizos* **FR**. *-icos* **D**. 51 *taenum* **FE**. *cenum* **DRa**, ib. *aex* **F**. *et ex* **D**, ib. *quaecumque* **F**[1]**R**. *quac-* **D**. 61 *firnydes* **F**. *fyrnides* **D**. 66 *antea* **FRa**. *ante* **D**, ib. *circuitus* **Fa**. *-tu* **D**, ib. *ortigiam* **FRa**. *artigyam* **D**. 70 *canaphae* **F**. *-phe* **R**. *canephe* **Ea**. *anaphe* **D**. '5 *parte* **F**[1]**Ra**. *partes* **D**. 85 *ortu* **FR**[1]. *oriu* **D**. *orius* **Ea**. 95 *crenium* **FREa**. *cron-* **D** 97 *insulam* **FE**[1]**a**. *uis-* **DR**,

ib. *prouenientiis* **F**[1]. *-tes* **DE**[2]**a**. 99 *proditae* **FA**. *trod-* **D**. *trad- r*. 107 *andicaui* **F**[1]**E**[2]. *candidaui* **DRE**[1]. 117 *myrtili////* **F**[1]. *mirtilisse* **R**. *myrtiles ae* **DE**[1]. addo etiam ex libro VI 67 *colebae* **FEa**. *colobae* **R**. *cole* **D**. 71 *hysaepim* **F**. *hysepim* **Ea**. *hysopim* **D**. 72 *attropina* **FR**. *atiro-* **a**. *ut tro-* **DE**. 74 *maroae* **F**. *-roe* **R**. *-rūe* **a**. *moroae* **DE**. 76 *palaetitae* **F**. *palet-* **E**. *palat-* **DR**. 99 *suasine* **FRa**. *susianen* **DE**[s], ib. *dextrā eius occulit* **Fa**. *dextra eius accolunt* **DR**. 100 *hypilum* **Fa**. *ipilum* **R**. *pypylum* **D**. plus ponderis habent, nisi subest error collationis **D**, lacunae quaedam, ut IV 85 *Nea* (*ne///* **F**) om. **D**, VI 174 *pseudepylae* **FR**. om. **D**, itemque IV 1 *et in locris* **F**[1]**Ra**. *et locris* **D**, ib. 71 init. *hippurus hipur////* **F**[1]. *hippuras hipurtus* **R**[1]. *phippurus hypurtas* (*yp-* **a**)**E**[1]**a**. *phippurustas* **D**. e contrario III 6 *et saepius nasci gaudens* (sic **D** cum **AR**[2]) om. **FR**[1]**Ea**, IV 19 *brumali Aegaeo ab oriente* om. **F**[1]**E**, ib. 87 *eaque ipsa* om. **F**[1]**E**[1]**a**, sed *atque ipsa separate* **DR**, VI 181 *oppida eorum* **D** cum **E**[s]p, *oppida r*, 191 *advenas ait* **D**, *aduenas r*. hac varietate scripturae iure, opinor, colligitur, in his primis saltem libris **F** non ex **D**, sed ex communi archetypo descriptum esse. quam ob rem non imitatus sum Detlefsenum, qui in nova editione priorem manum codicis **F** tamquam sui pretii expertem prorsus neglexit, cum e diverso potuisset **D** prae **F** eodem fere iure nec maiore textus detrimento neglegi; in secundo autem libro ex **D** eas tantum adnotavi lectiones, quae apud Detlefsenum inveniuntur, ne periclitarer ex silentio eius falsa concludere.

Alterum de quo certatur est id quod ob similitudinem iam a Geelio observatam Detlefsen contendit, codicem **F** eundem esse ac Chiffletianum (**f**) illum diu oblitteratum, nam contra dixit Welzhofer l. l. p. 31 sqq. subtili et copiosa disputatione. omitto quae is argumentatus est, ut Lipsium negaret umquam fuisse possessorem Chiffletiani, quoniam ne codicem **F** quidem, qui fertur quondam Lipsii fuisse, re vera ab eo possessum esse pro certo affirmari potest. sed lectiones perlustremus, quas Welzhofer p. 34. 38. 40—42. 56—60 ex libris II et VI composuit, ut dissimiles esse in utroque doceret. quas quidem comparantes cum vera ipsius **F** scriptura invenimus de plurimis lectionibus illum in errorem inductum esse, cum incerto niteretur fundamento apparatus Detlefseniani saepe silentis, interdum etiam minus accurati. nam illarum 114 lectionum 72 in **F** (vel **F**[2]) et **f** eaedem sunt, 5 exceptis una paucisve litteris consentiunt, 26 tantum validius discrepant, 11 denique ita comparatae sunt, ut facile suspiceris, non sinceras codicis **f** lectiones esse, sed Chiffletii coniecturas margini adscriptas. siglis enim *Ch. Chi. Chif. Chiff.* lectiones codicis, sigla *Chiffle.* medicum eruditum significando (ut ipse in praefatione testatur) Dalecampium errori se obnoxium dedisse elucet, idque confir-

mari videtur iis quae ad II 127 adnotavit: *Vide num rectius legatur: aquilo, quia siccus et frigidior: noxius Auster, fortassis quia magis humidus, Chiff.*, et eo quod II 244 Pintiani coniecturam *Lechaico* pro *Laconico* sigla *Ch.* insignivit. in hunc numerum rettulerim II 16 *per fetidas cepas, allia et similia.* 23 *et eruditi et rude vulgus.* 30 *inventoribus.* 98 *Opimio III et Q. Fabio II cons.* 140 *Volsiniis et urbe et agris depopulatis.* 141 *avitis* (pro *habetis* **FR**. *habitis r*) *beneficiis.* 188 *minora* ⟨*maiorave*⟩ *autem.* 189 *criniumque ipsorum* (pro *ipsoque crurum*). 197 *minus* ⟨*quippe*⟩ *quatiuntur.* verum etsi haec ita se habent, non corruit tamen Welzhoferi opinio, nam longe alia evadit numerorum ratio, cum omnes lectiones ex **f** a Dalecampio adnotatas cum codice **F** comparamus. sufficiet unum librum II variarum lectionum fertilissimum excussisse. numerantur in eo lectiones 340 ex **f** adnotatae, in his 78, quas communes habet cum *man. Dal.* (**z**). in toto hoc numero sunt 172 quibus solus **f** cum **F**, 78 quibus **f** et **z** coniunctim cum **F** congruunt; reliquis 90, hoc est quarta fere parte, **f** cum **F** non congruit. augetur vero mirum in modum haec diversitas eo, quod praeterea ex solo **z** lectiones 85 cum F^1 vel F^2 congruentes ita adnotantur, ut his ipsis **f** diversum esse e Dalecampii silentio apertum sit: ergo 175 lectionibus libri II, hoc est paulo minus dimidia parte omnium quas novimus, **f** ab **F** differre concludendum erit. adde quod **f**, ubi consentit, modo cum F^1, modo cum F^2 (cum hoc quidem praecipue) consentire solet, II 14 autem cum F^1 omittit verba *visus totus auditus totus animae totus,* quamquam in **F** haec iam ab eadem manu priore, ut videtur, signo appicto in superiore margine addita sunt (ita ut in principio etiam unum *totus* abundet), et § 58 **f** habere fertur *fulgor. Interdiu,* cum in **F** scriptum sit *fulgore interdu* (*-dū* F^2), itemque § 4 extr. **f** cum neutro, sed potius cum **op** consentiens habet *aut homines possint uidere,* cum F^2 et **z** consentiant scriptura *aut mereantur* (*meror* F^1) *homines uidere* (*-ri* F^1), ne alia huius modi exempla hoc loco afferam. quae omnia vix poterunt aliter explicari quam ita ut **f** eundem esse ac **F** negetur, nisi forte Dalecampium permultis locis mira levitate confudisse adnotata ac prorsus invertisse putare malumus. obstare sane videtur celebre illud additamentum VII 55 summa inserendi similitudine in utroque insertum, idque in **F** ita, ut sint ab altera manu voci *oratori* in extremo versu positae protinus adiuncta in margine *modo in ea domo gallionē* et deinceps versibus uno tenore interposita *castellano — mimo,* quae continuantur verbis iterum in margine adscriptis *paride cognominato* ‖ *agrino senatori* (corr. ex *agrinū senatorē*). sed discrimina quaedam iam Welzhofer p. 48 sqq. acute notavit studuitque probabilem similitudinis causam excogitare, nec potest haec una res tanti ponderis esse, ut ceterae

diversitates omnes pro nihilo aestimari debeant. utcumque res se habet — nam ad liquidum perduci vix posse videtur, ut nulla relinquatur dubitatio —, ad crisin factitandam non multum refert, quoniam quidquid traditur boni in f fuisse certiore fide in **F** scriptum invenimus.

Tertio loco correctionum codicis **F** diversa genera paucis explanari necesse est, simul ut inspecto codice ipso iam paulo accuratius definiam quae nov. luc. p. 76. 78 sqq. de eadem re disserui. tria enim genera oculorum iudicio discernuntur. prima quidem manus est correctoris eius qui ex eodem exemplari, quod librarii ante oculos habuerant, calami lapsus sustulit et lacunas aliquot explevit, pallido usus atramento et tenui ac velut timido ductu, ne blandam speciem versuum diligenter exaratorum deformaret. secundus autem corrector saeculo fere XII ex alio eoque meliore et pleniore exemplari vetustioris ordinis egregia studii assiduitate in unaquaque pagina verba signis appictis rectius discriminavit et textum ita castigavit, ut nec membranae nec scripturae venustati parceret, sed falsis et rasura et litura fortiter deletis fusco atramento et valido ductu vera quae videbantur reponeret aut varias lectiones in margine adnotaret. huius potissimum manus intellegenda est in sigla $\mathbf{F}^2$; primi correctoris manum in commentario non ubique distinxi. tertius denique fuit lector attentus aevi multo serioris, qui satis habuit quaedam interpunctionis signa addidisse et crebra compendia supra scriptis voculis *et, nec, aut, enim* al. explicasse; raro litteras nonnullas correxit aut notam margini aspersit. atque huius quidem correctoris operam nullius esse pretii per se patet, secundi vero illius merito plurimi aestimatur, praesertim ubi $\mathbf{F}^2\mathbf{E}^2\mathbf{R}^2$ aut $\mathbf{F}^2\mathbf{E}^2$ inter se congruunt. verum tamen non omnium eius correctionum esse eandem auctoritatem, sed multas interpolationis notam prae se ferre, et nov. luc. l. l. evidentibus exemplis e libris VII—X petitis illustravi et pluribus etiam, quibus scatent libri II—VI, evincere possum. quorum magnam sane partem — in secundo potissimum libro — consulto suppressi, ne futtilium lectionum mole commentarium obruerem, sed amplius ducenta excerpta ex copia multo maiore in promptu sunt, e quibus exiguum delectum subicere placet: II 16 (ad aedem Larum) *ad eadem laru* $\mathbf{F}^1$, *aedes laruis* $\mathbf{F}^2$, ib. (pro dis habeant) *prodigiis habeant* $\mathbf{F}^1\mathbf{E}^1$**a**, *in prodigiis habeant* $\mathbf{F}^2$. 17 (claudos ovo) *claudos cecosque* $\mathbf{F}^2$ in ras. 18 (passu cum . . vadit) *pascuū . . adit* $\mathbf{F}^2$. 23 (in omnes futuros umquam deo decretum [*-to* $\mathbf{F}^1$]) *in omne futurum deū decreto* $\mathbf{F}^2$. 26 (uilitate) *uigilate* $\mathbf{F}^1$, *agilitate* $\mathbf{F}^2$. 31 (in eo Cleostratus) *neodepsus tradit* $\mathbf{F}^2$. 37 (in magno nominum ambitu [*-tus* $\mathbf{F}^1$]) *in agone nominum ambitus* $\mathbf{F}^2$. 98 (existunt eaedem coronae) *existente adem coronae* $\mathbf{F}^1$, *existente eadem corona* $\mathbf{F}^2$. 131 (rupere nubem) *rumpere nuber*

nubē F¹, *rupere nuper nubē* F². 133 (fulmen est. distat) *fulminem distat* F¹, *fulmen autem distat* F². 154 (caelum dei) *caelum diei* F¹, *caelum dies* F². 157 (aquis ferro) *aliquis ferro* F². 173 (ut dicemus [*-caemus* F¹]) *ut dicamus* F².

177 (cum ea aquas) *cum ea quasi* F². 180 (exoriens) *exsuriens* F¹, *exsurgens* F². 183 (per eos XC dies) *post eos XC dies* F². 194 (occultat ore) *occultore* F¹, *occulto ore* F². 205 (se comest) *saecum est* F¹, *se condens* F². 236 (Hephaesti) *ephesti* F¹, *ephesii* F². 245 (fere minor) *fer//mi* F¹, *ferme* F². — III 10 (omnia Bastetaniae [*uasteanie* F¹]) *obuia uastetanię* F². 32 (e Pyrenaeo Rubrensem [*rumperensē* (?) F¹] permeans) *e Pyrenea rupe semper means* F². 34 (C. Mari) *e mari* F². 52 (Fidentiores) *fidenates* F². ib. (Arno) *ardo* F¹, *arido* F². 76 (frutice) *fritucae* F¹, *brittice* F².

83 (Taphros) *tapsos* F². 115 (Anemo Ravenna [*-nnas* F¹]) *nemora rauennas* F². 118 (Tarum) *taurum* F². 119 (Septem Maria dictus) *septem mari aditus* F². 150 (quo distinximus) *quod est Euxinus* F² in ras. — IV 9 (vorant [*uoran* F¹] donec) *forando donec* F². 22 (ab Elide) *a pelide* F². 23 (Sidous Cremmyon) *si duos oremmyon* F¹, *sunt duo soremmyon* F². 32 (Iolcus) *locus* F¹, *locros* F². 36 (Elaeuomne, oppida) *aleu omnia oppida* F². 58 (Samonium) *samnium* F². 72 (a Mastusia) *amatusia* F². 112 (Tyde) *tydae* F¹, *lydae* F². ib. (Leuni Seurbi) *lęuni saeurbi* F¹, *lęunisae urbs* F². — V 42 (et in Clupea [*glupae* F¹] emori) *et hinc lupae emori* F².

51 (inermi quaesitus) *inermique situ* F². 85 (in pugna Taurus) *inpugnaturus* F². — VI 30 (diri odoris) *driodori* F².

49 (amnem Demodamas [*dęmones* F¹]) *amnem demona* F².

123 (unde [*undedi* F¹] civitati nomen) *nunc dedit ciuitati nomen* F². 135 (Adunam [*-na* F¹]) *& unum* F². 214 (Delum) *derum* F¹, *dierum* F².

Haec maxima ex parte nihil esse nisi inutiles coniecturas ad primae manus errores peculiares et fortuitos modo qualicumque tollendos excogitatas quis est quem fugiat? sed ne ipsum correctorem putemus ubique coniciendi libidini indulsisse, monent aliae eius modi correctiones haud paucae, quae etiam in aliis codicibus aut in vetustis editionibus inveniuntur, velut IV 18 (nomen ita) *nominata* F²A, ib. 17 (Parparus) *parpanus* F¹, *parnasus* F²E², III 132 (patere a) *praeterea* F²E^v, II 120 (phoenica) *item phoenica* F²R², ib. 133 (non postea) *aut (ac* z*) non postea* F²R²z et III 60 (politur) *populitur* F¹, *populatur* F²(R²?) *H*, maximeque magnus numerus lectionum correctori cum z communium, velut II 3 (desiderio) *si deerit* F²z. 4 (meror F¹) *mereantur* F²z. 9 (cursus) *cursui* . . (saeculis) *saeculorum* F², *circulorum* z. 13 (librantem) *librantemque* F²z. 15 (genera) *genera deorum* F²z. 18 (deus est) *Si deus est* F²z. 21 (excogitant cibos) *excogitant globos* F²z. 23 (otium

datum) *otio dato* F²z. 160 (globumque) *globum quem* F²z. 237 (dilutius) *dulcius* z, *dultius* F². huc pertinere puto eos quoque locos, in quibus lectioni non deletae F² apposuit variam lectionem praemissa *vel* particula, ut II 1 (degunt) *dicunt contineri uel nunc inesse.* 57 (utroque) *uel uisoque.* 110 (fallenti) *uel fatenti.* 119 (liba) *libanon* F¹, *uel libian* F². 128 (austros) *uel tauros.* 137 (signo cerae) *sic nocere* F¹, *uel sine onere* F². 145 (natura tribuente) *uel naturę tribuendo.* 154 (sacra merito) *sacro merito* F¹, *uel sacramento* F². 208 (subinde) *perinde* F¹, *uel subinde* F², item insertas particulas *et, que, aut, item* vel *est* et alia verba addita, quibus orationis forma mutila egere visa erat, denique marginales argumenti titulos et adnotatiunculas quasdam, ut II 96 *in bello mutinę* ad verba *Mutinensibus malis* et IV 37 *Virgil. Quantus erix aut quantus athos* ad verba *montem Atho* aliaque similia. talia igitur correctorem F² sincera fide et nulla interpolationis suspicione recepisse ex suo exemplari non iniuria statuemus, id autem videtur ex iis fuisse, quae quondam in Britannia ultima quidem stirpe ex archetypo pervetusto orta, sed descripta erant e codice aliquo posteriore et qui flagrantibus ibi iam inde a Bedae aetate antiquae de natura rerum doctrinae studiis ab homine non mediocriter erudito lectorum commodi causa proprio conatu castigatus adnotationibusque instructus fuisset. cuius rei exemplum simile (an dicam testimonium?) memorabile agnoscas in eo quod de codice Redonensi nunc oblitterato traditur: Robertum de Torigny sive a Monte, hominem doctrinae laude celebratum (a. 1154—1186), '*ex Mentensi Angliae coenobio*' apportasse eum in monasterium S. Michaelis, et fuisse in eo '*Prologum Roberti Abbatis in Plinium: qui et ipsum librum in Normanniam advexit et corruptum correxit*'; cfr. Detlefsen mus. Rhen. XV p. 285. erant autem eo tempore, quo reges stirpis Normannicae Britanniae imperitabant, septentrionales Galliae regiones, in quibus codicem F ortum et adservatum esse satis constat, cum regno Britannico litterarum quoque commercio frequenti coniunctae

Haec monenda mihi visa sunt, ne deficientibus aliis subsidiis certisque quae parere cogant argumentis nimium confideretur soli correctionum F² auctoritati. nunc proferam de locis quibusdam aut corruptis aut dubiis difficilibusque observationes, quibus commentarium onerari ab instituto alienum erat.

PRAEF. § 5 non recepi *famas* (*D*), quam formam pluralem a Seneca ep. 114, 19 pro exemplo vitiosae nec imitandae dictionis allatam a Plinio notione gloriose factorum hoc uno loco positam esse vix credibile est, cum aliis locis multis constanter singulari numero usus sit. nec facile discernas, utrum

laudum nomini aliud nomen an *tonandi* verbo aliud verbum ille opposuerit, ut Titi erga patrem fratremque verecundiam dicendo variaret. sic *clamas* temptari possit vel etiam *cantas*, quo quidem verbo poetica quoque ars Titi simul indicaretur fieretque ad sequentia transitus. sed res incerta. — § 6 *cum hanc operam condicerem:* non constat particula *cum*, compendio, ut videtur, olim scripta, quod posteri deinde varie (*quia* et *quam*) interpretati sunt. structurae conveniat *quis* (= quibus), cui respondeat *in hoc* (= horum) *albo*. — Turnebi illud *nenias in hoc albo*, ad *operam* relatum, ORossbach iterum commendavit in Berl. phil. Wochenschr. 1903 p. 509. — § 10 an *hac* (*hoc* *ll.*) *adtestabatur re* (*se* *ll.*) *vel inimico iudici se probari posse?* — § 14 hoc loco difficili et nescio qua graviore depravatione turbato quod *D* coniecit *obscuris librorum in tenebris* non bene quadrat in adversativam particulam *vero*, sed copulativam potius requirit mutata paulo sententiarum ratione. — ib. *ante omnia* scripsi (frequenti *an* compendio), quia quae veterum encyclopaedia complectebatur, ea non omnia, sed magna tantum ex parte in nat. hist. attinguntur, siquidem dialectica abest itemque rhetorica, grammatica, musica; *erant* autem, quod ORossbach proposuit, in Pliniana elocutione facile suppletur: cfr. Müller de stilo p. 80 sqq. idem (eiecto *sint* ut correctoris additamento) deinceps scribere vult *ut multis prodita ita in fastidium adducta*, sed quod e[1] priore loco *ut* pro *ita* scripsit, fortuito errori probabilius tribuitur, et iungenda videntur *ita prodita*: fastidii causa non multitudo scriptorum est, sed narrationis genus ingratum. vocula vero *sint*, qua carere non possumus, rectius post *ut* inseretur, ubi intercidere facile poterat, sicut IV 76 *sit* post *ut* in **R** omissum est; amat enim Plinius *sit* et *sint* ipsi particulae subicere: cfr. *ut sit* VIII 180. IX 139. 152. XI 39. XII 120. XXIV 67. XXVIII 39. XXXI 87. 93. 113. 114. XXXII 36. XXXV 184. XXXVI 162; *ut sint* XXVIII 216. XXXVII 116; *ut non sint* VIII 40; *ne sit* VIII 8. XII 92. XXVIII 48; *ne sint* XII 46. XXX 41; *si sit* XXVIII 73; *si sint* XXVIII 79. 206; *si non sint* XXXII 47; *nisi sit* XIII 62; *an sit* XXXV 184; *quam sit* VII 43. VIII 165; *cum sint* XIV 87; *cum sit* II 228. IX 60. X 23 et undecim locis aliis, nec exhausi omnem exemplorum copiam. item *ut possint* XXIX 72. XXXIII 65, et pronomini quoque relativo saepissime adhaerent *est, sunt, sit, sint, fit,* alia huius modi. — § 24 pro *sperare* certiore fide commendatur *spectare* (**eaql**), dum correcto vitio creberrimo scribas *expectare*. — ib. removi plebeiam vocem *grossiores*, ab *J* primum ex vitiata codicum scriptura invectam, quae quarto demum p. Chr. n. saeculo in consuetudinem scriptorum, ut Sulpicii Severi et Augustini, admissa est, postea vero adeo increbuit, ut medio aevo librarii propensi essent ad eam substituendam. editores veteres correxerant *crassiores*, rectius id quidem, sed incerta

apud Plinium notione translata; ego *grauiores* scripsi, quod cum propriae illi Romanae gravitati tum his inscriptionum Latinarum exemplis maxime convenit. — ib. an *facetissimus* (olim scriptum *-im;*)? nam de uno Bibaculo agitur. — § 26 dubitationi locum relinquit vulgatum illud *pingendi fingendique conditoribus*, quod Gelenius invenit, postquam Rhenanus de certo remedio desperans *iconon auctoribus* e litterarum ductibus extricare studuit. *artis* quidem *conditores* XXXIV 89 appellantur clari artifices statuarii, sed verbali forma *pingendi fingendique* inventorum inducitur notio, quae non cadit in Apellem aut Polyclitum, qui inter proceres vel etiam principes consummatae utriusque artis celebrantur. in PINGIQVE vel PINGEQVE latet fortasse PENDIQVE. verum quaeritur an possit *conditorum* vox absolute dicta esse de iis qui opus aliquod in litteris aut in artibus condunt sive componunt: XVI 13 legis intellegi *conditores* e sententiarum tenore apparet; V 9 *annalium conditor* de Polybio, VII 111 *rerum conditor* de Thucydide dicitur, item XXXVI 106 *celeberrimi rerum conditores* similiterque adiecto genetivo XXXV 199 *mimicae scaenae conditor*, XXVI 11 *subtiliores sectae conditor*. quodsi hoc quoque loco genetivus desideratur, potuerit *artium* ut casu omissum post *uelim* inseri, ut verba sic procedant: *ex illis mox velim ⟨artium⟩ intellegi pendique conditoribus*. — § 30 *eorum ego orationes sivi praeterfluere*: recte, ut videtur, Iordan animadvertit ad integritatem sententiae requiri *semper sivi* vel tale quid, eademque de causa veteres scripserunt *sino*. quamquam dandum erit aliquid austerae Catonis breviloquentiae. pro *praeterfluere* (**R**²*v*) ORossbach mavult *praeterire*, nec abest suspicio quin illud ab homine erudito ad similitudinem loci Ciceroniani excogitatum sit et a manu recentiore (**R**³) non ex codice aliquo, sed ex editione vetusta petitum.

LIB. I. In scripturae varietate Indicibus III—VI adiecta nonnulla corrigenda vel addenda sunt ex pleniore novae editionis Detlefseni (*D*²) commentario, omissis tamen lectionibus codicis **D** cum **F**ᵃ plerumque conspirantis. p. 15, 28 *Gracile* etiam **A**. — 38 *Gelliano* (sic etiam **A**) et *Valeriano* nomina intacta reliqui, quod eadem menda in contextu III 108 inveniuntur nec librariorum culpae ea tribuenda esse liquido probari potest. — p. 16, 2 *acaiae* (om. *atticae*) **AE**². *D*² revocavit *Atticae*. — 13 *spora* **AE**². — 24 *lucudunenses galliae* **DF**ᵃ. — 41 *ex auctoribus* om. **AE**², Graecis auctoribus ante Romanos enumeratis. — 49 *externis* om. **A**. — 52 not. lege *Erathosthene*. — p. 17, 1 *ephero* **AE**². — 4 *timaco* e. *thimeo* **AE**². — 8 *molete* etiam **AE**²**D**e. — 31 *palistines* **A**. — 38 *iunctarum* **A**. — p. 18, 10 *et* om. **A**. — 20 *ex auctoribus* et 28 *externis* om. **A**. — 30 *baethone* **A**. — 38 *mirsolo* **E**. *missolo* **D**. — 41 *perihegesis* etiam **D**e. *perigessis* **A**. — p. 19 et 20 in superioris marginis inscriptione dele siglam

A, nam periit in **A** index VI. — p. 19, 4 *themischidena* **DF**[a]. — p. 20, 6 II·CCXIII **E**. — 32 *lapsaco* **DEa**. -cu **F**[a]. — IX (32) p. 27, 19 *cenitari* posui, non quod verum restituisse mihi viderer, sed ut aliquatenus satisfieret loci sententiae, cui *generatim* (*D*) parum convenit. — XI (103) p. 38, 23 *ac* (*sac*) *religio* natum fortasse est ex *& religio*, quod ita exstat in contextu § 250; similiter p. 34, 27 *et laetum omen*, p. 112, 37 *et in Italia*. in **M** eiecta videtur esse particula ut otiosa vel structurae adversa; *sit* in his indicibus plerumque supplendum est. — XII (19) p. 40, 25 *malachan* inprudenter librarii — id quod saepius accidit — transcripserunt e contextu § 35, ubi accusativus pendet a verbo *appellant*; recte scribetur *malacha*. — XXI (25) p. 65, 42 consentiunt *ll*. in forma quae est *bellium*, nam in **dT** est *de bellio*; quare scribendum erit *bellium*, ut *petilium*, XXI **49** autem *luteum* (sc. semen est) *et bellio*, ubi *luteus* (sc. flos vel color) scripserant *v a. J*. — ib. (68) p. 69, 9 quae post *albucum* in *ll*. exhibentur: *amuletum asian alibi oispant* (*oistant*), etiam magis corrupta sunt quam quae in contextu § 111 corrupta traduntur. in quibus si modo est quod genuinum sit nec careat intellectu, conicere liceat *ulvetum oiston* (ὀιςτῶν). — XXII (13. 14) p. 71, 2. 3 nominativi refragantur structurae per ablativos continuatae; fuit fortasse *stoebe quae pheos. hippophei generibus II*. — ib. (30) p. 71, 38 *saxifraga* consensu librorum firmatur; item § **64**, ubi occasio fuit errandi, rectius est scribere *saxifragam* (sc. herbam): cfr. Seren. Samm. 595. — XXXII (53) p. 108, 38 numerum 176, quem tamen ipse concessit vix posse liquido explorari, *D UZ* p. 75 ita explicavit, ut simul rationem haberet numeri illius 144, quo Plinius § 142 aquatilium genera complectitur. sed tenendum est n o m i n a ab eo in hoc indice numerari, non g e n e r a; nomina autem numeravi § 144. 145 beluarum 29, dein § 145—151 marinorum animalium 133, denique piscium § 152. 153 ab Ovidio et § 154 a nullo auctore proditorum 19, in summa 181. quae si recte se habeant, CLXXVI facile potuerit corrigi in CLXXXI. ceterum cfr. Birt de halieuticis p. 162—165. — XXXV (39) p. 116, 34 unanimi codicum consensu tertium agnoscimus pingendi instrumentum, verissime illud quidem ac proprie indicatum nomine *cauterio*, pro quo *S* nullo intellectu e § 149 substituit *aut ceris*, scilicet ut indicem e contextu emendaret. at contextum potius ex indice ita emendandum esse, ut ibi quoque *cauterio* scribatur pro *cera*, facile apparet ex structura verborum inextricabili; unde quid de ratione encausto pingendi concludendum sit, uberius exposui in Ernesti Bergeri pictoris Monacensis libro, qui inscribitur „Die Maltechnik des Altertums" (1904) p. 189—196. — XXXVI (4) p. 118, 34 de numero *CCXXV* cfr. *D* annal. inst. arch. Rom. XVI p. 79. quamquam permutatis *C* et *L* non difficile est *CLXXV* vel etiam *CLXXII* efficere.

LIB. II § **3** antequam lectiones **F**[2] cognoscerem, conieceram

quasi non eaedem quaestiones semper ⟨sint⟩ in termino cogitationis occursurae: nam *sint* suppleri ex sequenti et longius remoto verbo *sit* duriusculum videtur, intolerabile vero quod vulgatum est nec codicum fide satis munitum, ablativos absolutos *eadem quaestione occursura* uno verborum ambitu arte coniunctos cum locutione *facilius sit* ex eadem particula *quasi* pendere. — § **4** revocavi lectionem *mens* (*v a. J*), litteris haud ita longe discedentem a *meror* (vel *merof*), cum ingeniose illud ab Hauptio excogitatum *in cor* ... *cadere* (cfr. II 87. XI 182) minus probetur, etsi manifestum est *cadere* aptius opponi verbis *mundus ipse non capiat*, quam *videre*, pro quo ipsum *capere*, si per litteras liceret, esset aptissimum. quantopere iam librarii hunc locum attrectaverint, scripturae docet varietas. graviorem iniuriam subiise eum si credi par est, suspicere *meror* reliquias esse mutilati *in numeros* ortumque *uidere* ex *includere*, corrupto in *uiduidere*; quibus admissis haec facies refingatur: *aut in numeros homines includere* (sc. possint). — § **8** delevi additamentum κόϲμον a correctore aliquo ex libris, qui medio aevo multum lectitabantur, ut Bedae, Ambrosii, Isidori, margini adscriptum ac postea textui insertum. κόϲμοϲ Beda posuerat (cfr. Apul. de mundo 22), Ambrosius, laudatus ab Isidoro, οὐρανόϲ; **F**² autem utrumque nomen in unum confudit. nam ut iam Solinus 11, 30, cum exscriberet IV 68 *Icaros quae mari nomen dedit*, plenius scripserat *Icario mari*, sic nomen desiderabant illi, qui legentium commodi causa codices corrigebant vel notis instruebant, itemque addiderunt II 106 *hyadas*, III 151 *Absyrto*, VI 187 *Aethiopia*, ignorantes scilicet in interpretando nomine nomen ipsum a Plinio plerumque reticeri: quem usum Müller de stilo p. 90 exemplis multis illustravit (adde praeterea V 6. 109. 121. 122. XXXV 47). — § **14** vulgatam servavi orationis formam: *quisquis est deus, si modo est alius* (quam mundus sive numen illud aeternum, inmensum, quod inde a § 1 descriptum est), *et quacumque in parte* (est, sive in sole sive in alia parte mundi), *totus est sensus* eqs. sed taceri non debet ingeniosa interpretatio, qua *D* philol. XXVIII p. 328 verba leniter mutata distinxit in modum hunc: *quisquis est, deus — si modo est — alius est in quacumque parte, totus est sensus* eqs., ubi offendor equidem duplici verbo *est* et asyndeto duarum sententiarum rationem ac nexum non manifeste demonstrante. — ib. non persuadeo mihi breviloquentiam, quae est in locutione *ex vitiis hominum, ut Pudicitiam*, satis defendi artificio Pintiani sequentia *ut portionibus coleret quisque quo maxime indigeret* argumentantis. lacuna autem post *vitiis* quoque statui possit et sic expleri: *ex vitiis, ⟨non modo virtutibus⟩, hominum*. particularum *tam* ... *quam* iunctura ea, quam **F**²**z** exhibent, videtur a Plinii stilo aliena et correctoris esse nec ostendit quo casu lacuna facta sit. — § **20** Hauptii illud *probe*, si sin-

cerum est, flagitat collocationem hanc: *vix est probe iudicare*, ut XXX 137 *vix est serio complecti.* — § **24** *prave dicta* coniecit *D*[2]. at cfr. VII 7 *parvum dictu, sed inmensum aestimatione*, XXIX 26 *parva opinatu*, XI 2 XXXVI 4 *dictu minora*, XXXVI 104 *opus omnium dictu maximum*, simile sit, si recte se habeat, XX 2 *paria vel maiora miratu.* — § **25** vereor ne **Fd** verum servaverint: *solum ut inter ista certum sit*, sicut auctore *G* eiecta *vel* particula ad *S* usque editum est. possit *vel solum* ferri, *vel certum* non potest nec munitur exemplis Sillïgii (XVII 121. 137. XIX 1. XXIV 131. XXVIII 49), immo vero evertit elegantem illam argutamque et in oxymoro necessariam dicendi concinnitatem, qua Seneca ait: *hoc unum certum est, nihil esse certi.* origo erroris patefit scriptura *in terris t* in **E**[1]**a**, quorum archetypi scriba omissa semel vocali *a* ante similes *ce* falso legerat *t* pro *t*. idem accidisse videtur in illo archetypo, ad quem **op** et **E**[2] redeunt, ubi corrector, cum superscripsisset syllabam *ta*, delere siglam *t* omiserat. quae si non recte coniecta sunt, nihil video quod pro *vel* reponi possit nisi *hoc* vel *id.* — § **31** difficile est credere abiectam vocem *fortissimi*, quam **F**[1]**Ea** (**R**[1]?) habent ante *fores*, e dittographia natam esse, mirumque universe *rerum fores* sic dici ut proprie *artis fores* ab Apollodoro pictore apertas (XXXV 61). an in adiectivo, ut nunc est, corrupto subest aliquid, quo distinctius indicetur sideralis scientia, de qua hic agitur? in hac nihil magis admiratur Plinius quam immensam subtilitatem sive scientiae sive ingenii hominum, qui eam excoluerunt (cfr. II 30. 67. 139. 164. 247. VI 171): quid si ipsam *rerum subtilissimam* praedicet, ut sit reponendum *rerum ſubtilissimae fores aperuisse?* — § **38** *alterutro* **E** (?) **d**[2]**op**. *alterutroque* (*quae* **F**[1]) *r*, nisi quod *quaeque* pro *quae* **F**[2] correxit licentius quam sincerius, ratione nulla. deletam autem quam additam esse ab aliquo particulam per se veri est similius. quodsi genuina est egetque correctione, facilis et ad rem apta correctio paratur loco XI 223 (profluvium sanguinis fit) *aliis nare alterutra vel utraque*, ubi solus codex **M** verum servavit, cum reliqui omnes haplographiae errore praebeant *alterutraque.* scribendum igitur *exortu alterutro⟨vel utro⟩que* sc. matutino et vespertino. sed quaeritur possitne *alterutroque* (= utroque) apud Plinium agnosci, quoniam unus exstat locus XX **64**, in quo librorum consensu editur: *nec ulla res in cibis magis* (quam lactuca) *aviditatem incitat inhibetque eadem. in causa alterutraque modus est: sic et alvum copiosiores solvunt, modicae sistunt.* in his ne iungas *in causa alterutraque*, obstat quod locutio *in causa esse* nisi absolute non ponitur: II 192 *ventos in causa esse non dubium reor*, IX 94 *nisi forte . . . humana calamitas in causa est*, XVIII 290 *alterutrum quidem fore in causa . . . non erit dubium.* quare *alterutrimque*, quod teste *Dal.* fuit in **z**, praelatum est ab Handio

Tursell. I p. 282, formam quidem vocis solitariam ac Plinii certe aetate inauditam vindicante, quamquam ea non opus est, cum ad rem sufficiat dixisse *utrimque*, quod voluit *vet. Dal.* quo pacto rei difficultas expediatur non liquet; fortasse verba sic separanda sunt: *in causa alter utrimque modus est*; poterit enim, cum in re eadem duo tantum inter se contraria indicentur, *alter modus* ita dici, ut ad diversitatis notionem prope accedat, idque minime mirum apud Plinium, qui XX 163 ait: *plerique* (ami) *alterius naturae in totum putant* (sc. quam cuminum): cfr. praeterea Thes. LL I 1736. 1748. conici possit etiam *alter utique modus*, nam *utraque* (sc. ratione) exemplis vindicari vix queat. ceterum vocis quae est *alteruterque* exempla quinque ex auctoribus labentis Latinitatis in Thes. LL I 1761 allata, si recte intellego, ita comparata sunt, ut non *utriusque*, sed *alterutrius* notionem ostendant. — § 39 *remotius* post Alex. Benedictum (1507) iterum a Rückio 3 p. 235 commendatum est, sed probalius videtur correctori cuipiam tribui anacoluthiam leviorem — nam *Mercurius* obversatur animo — non ferenti. — § 43 eidem tribuo additum post verba *amor eius* participium *captus*; nam antiquis fabulis Luna traditur capta esse amore Endymionis: cfr. Roscheri lex. myth. I p. 1247. Mnaseae fr. 1 (MFGH III p. 149). *consopitus* e Cic. Tusc. I 92 substituere mavult Rück, ut per litteras mihi significavit. — § 49 deleto *atque* Alex. Benedictus coniecit scribendum esse: *vastitas solis oculorum argumentis aperitur, ut non sit necesse amplitudinem eius coniectura animi scrutari.* — § 54 interpolis lectio *viri ingentes supraque mortalium naturam*, nullius codicis fide firmata, post Broterium, qui primus genuinam edidit, miro errore Sillígii redintegrata est. — § 57 asyndeton, quod est in verbis *hebetari, nunc . . nunc*, prudenter tuetur Müller de stilo p. 142. 143; manet tamen legentibus incommoda eius duritia, quasi factum sit ad occultandam verborum structuram. si consideraveris locos quales sunt X 81 *editur sonus et nunc . . nunc* vel II 42 *senescens et modo . . modo*, III 6 *ortus et modo . . modo* al., malueris hic quoque *hebetari* ⟨*et*⟩ *nunc . . nunc*, nisi praeferas *hebetante nunc* eqs. — § 59 *sol* post *assecutus* inseruit excerptor **m**, qui si scripsisset *duodenis* ⟨*sol*⟩ *occultet*, occasione saltem omittendi probabili plus fidei sibi conciliasset. at afuisse subiecti nomen iam antiquo tempore testis est Martianus, qui orationem supplens scripsit *assecutus radius.* — § 78 *denis detractis diebus omnia Veneris*: sic *ll.*; omiserunt *omnia* Beda **mpv**. unde additamentum hoc, quod, cum explicatum non habeat, non potest glossatoris esse? an *contra Veneris*? — § 81 sitne *vere* an *verno* ipsius Plinii, difficile est diiudicare; utrumque enim propemodum aeque familiare ei est, et *uero* potuit tam ex *uere* quam ex *uerno* corrumpi. sed iunctura *vere et autumno* nullis verbis interiectis etiam II 136 invenitur; *vere potius . . quam a*

tumno XVIII 204, *autumno, non vere* (sic **M**) XI 71 inter se opponuntur: contra *vero . . autumno* XVII 135. XVIII 193, *hieme, verno* XIX 95 (*hieme . . verno tempore* XVIII 52), atque etiam *vere . . verno* XIX 148. nullo opposito dicitur *vere* IX 164. X 26. XVII 128. XXV 167. XXVI 73. XXVIII 237, *verno* XVII 113. XVIII 147. XIX 37. — § **83** fortasse *undeviginti partes quam lunam . . prodiderunt*, quoniam in numerali locutione comparatio quaedam continetur: cfr. *U* vind. 238, nov. luc. p. 53, praeterea XXXIV 116 *duae partes quam fuere aceti*, VIII 165 *triduo proximo quam sit genitus*, XXXI 27 *tertio die quam quis biberit*, et de omisso pronomine relativo XVI 95 *se novas aliasque quam sunt ostendunt*, XVIII 276 *alia quam redditur a Fabiano*, XXXV 16 *alium fuisse quam tradit Cornelius Nepos*, XXV 166 *ab altera nare quam doleat infuso*. compendium scripturae pro *quam* adhibitum esse declarat interpretandi discrepantia. — § **84** an *dimidium spatii ut* (*et ll. v*) *ab eo*? — § **85** et **114** ob vetustatem maxime excerpti **m** accusativi formam *aërem* praeferri vult Rück 2 p. 303. verum in huius modi quaestionibus cave ne nimium tribuas excerptori, qui non id egit, ut Plinii opus summa fide sedulo transcriberet, sed in usum aequalium lectorum compilando libellum condidit, praesertim cum non *aerem*, sed *aere* scripserit, § 85 compluribus in verborum tenore mutatis, § 114 autem more solito littera *e* simplici pro *ae* posita. adde quod Plinium, ut hominem grammaticarum rerum studiosum, ad certam normam ac regulam se astrinxisse veri est perquam simile, dissimile autem recentiorum codicum librarios, qui ex vetustis tamen exemplaribus hauserunt, Graecam formam non invenisse, sed substituisse. ceteris enim locis omnibus — nam XVIII 3 *ipsum quo vivitur* [*aërem*] glossema eiectum est — satis certa auctoritate munitum legitur *aëra*: II 10. 102. 112. 115. X 63. XXXI 39. XXXVII 63 (**B**). de pari apud Senecam philosophum usu cfr. ed. Haasii II praef. VI. — § **89** verba *in vertice* iungenda sunt cum *comarum, in verticem*, si malis, cum *hispidas*. illud praetuli ob meliorem quae visa est librorum auctoritatem, sed nescio an hoc, quod *S* scripsit, magis conveniat stilo Pliniano, siquidem simillima sunt XIII 96 *mensis praecipua dos in venam crispis vel in vertices parvos*, XXXVI 61 *in vertices maculosi* (onyches), ib. **55** (marmor) *Augusteum undatim crispum, in vertices Tibereum* (sic enim rectius distinguendum est, cum XIII 96 *undatim crispum* dilucide separetur ab *crispo in vertices*). praeter exempla a *S* ad h. l. collecta cfr. II 89 *in mucronem fastigatas*, XIII 71 *in gracilitatem fastigatum*, XXVII 79 *radices . . longae in obliquum*; item de coloribus II 79 *tinguitque . . in pallorem . . in ruborem*, XXVII 133 *in luteum languescente*, XXIV 136 *in luteum inclinatus*, quare XXXVII **123** cum Salma- scribendum *in purpuram roseus nitor*, sive eodem hoc

sensu accipias sive ita ut *in vitium caeruleae* (iaspides ib. 116). huc pertineat etiam illud *in farinam mollis* XXXVI 133, ut non opus sit mutatione plenius dictum est VIII 133 *convolvuntur in formam pilae* — § **104** fortasse *ultro citro commeante naturae ut tormento aliquo mundi celeritate*: cfr. VIII 214 cum VI 143 *quodam naturae artificio*, XI 1. XIV 79. — ib. CFWMüller p. 16 n. 1 coniecit *complexa intra se causas*. mihi olim visum est *ex aere causas* vel *est causas*. — ib. praeter necessitatem *interdum* postulat D^2 et § **131** recepit D^1 veterem coniecturam *in terram* pro *interim*, quod eodem quo *interdum* intellectu a Plinio poni solet: VIII 46 *interim triduo*, IX 54 *navigia interim superiactent*, XIII 35 *interim vero tantum pulvere insperso*, ib. 46 *curvatis interim*, XXII 48 *seritur interim*, VIII 112 *interim et geminos*, similiter IX 21. X 156. XIV 129. XVI 91 (pro quo aliis locis *aliquando et* vel etiam *interdum et* dicit), XXV 20 *interim aquarum quoque*, XV 95 *et interim* (an *interim et*?) *falcata*. (usitate loquitur VII 174 *corpore interim semianimi*, X 118 *si interim audierint*, XVII 137 *omni interim tempore* et XIV 1. XXII 5. 98. XXXIII 4). — § **108** *multis et corporum et ruris experimentis*: *ruscis* (sic libri non correcti) fortasse mutilatum est ex *rusticis*. de varia copulatione genetivi et adiectivi cfr. Müller de stilo p. 62, 11. — § **112** feminina forma *fulgetras* neque hic certa fide constat neque XVIII 354 *fulgetrae erunt*, ubi ad scripturae varietatem accedit suspicio litterae *e* falso iteratae; item XXXV 96 solus B^1 habet *fulgetras fulguraque* addita, ut saepius, littera *f* ante *f*, nam *fulgetra* B^2, *fulgura r*. uno loco XXVIII 25 nulla varietate exstat *fulgetras*. his locis omnibus si recte sit femininum traditum, statuendum sit plurali numero Plinium usurpasse *fulgetras*, singulari vero *fulgetrum* generis neutrius, quod invenitur II 142. sin vero suspicioni cedere et XXVIII 25 contra libros corrigere iustum sit, femininae formae locus esse omnino desinat. — § **113** *nulla veniant ratione* a correctore accommodata esse puto ad verba statim sequentia *ex suis venire sideribus* (cfr. etiam § 137). correctionis causa intellegitur, corruptionis meditatae aut fortuiti erroris non item in altera librorum stirpe. — ib. duro admodum zeugmate (cfr. Müller de stilo p. 89) ad *omnesque alios inritos iactus* suppletur *fieri* ex antecedenti verbo *percuti*. an *aliof* ⟨*fieri*⟩ *inritos*? — § **115** an *conflexa* ⟨*ceu*⟩ *cubito*? — § **117** *hoc est in membra* pro glossemate habuit *U* 16. an inverso ordine *orbe discordi et in membra, hoc est in regna, diviso*? — ib. ad vocem *terrentibus* cfr. II 181 *propter piraticos terrores*. — § **120** *sunt etiam quidam peculiares*: *etiam v* e Beda, *enim ll*. vereor ne nusquam apud Plinium inveniantur *sunt etiam* in principio enuntiati; solet iungere *sunt et*. confudit archetypi librarius *eī* cum *et*. — § **121** *consuetudo .. intellegit*: rectissime *v* perspexerunt Plinianam elocutionem; cfr. X 15 *consuetudo iudicavit*, VIII 7 *c*

pellat, XVIII 218 *melius dixisset*, item II 120 *numerosior ratio .. interiecerat.* ib. 119 *secuta aetas .. addidit*, XVII 54 *usus .. pronuntiat*, II 160 *consensus iudicat*, aliaque exempla, quibus multa addi possunt, collegit Müller de stilo p. 133. — **§ 127** de ellipsi solemni quae est in *tertia diei* (sc. hora) cfr. Fels p. 108. — **§ 129** mutata interpunctione scribendum fortasse: *auget exoriens, occidens conprimit, ⟨item⟩ meridianus aestivis temporibus*, quae conveniant cum locis ex Aristotele, Theophrasto, Seneca allatis et sequentibus verbis *aut nimio frigore aut aestu solvuntur.* — **§ 136** *quod non in alio situ evenit* (**o r**): codicem, quem Robertus excerpsit, interdum correctoris licentiam expertum esse praeter alia quaedam exempla, ut § 154 *sic hominum [mater] illa*, manifeste coarguit additum illud *evenit*, quod suppressum potius in talibus enuntiatis relativis clausulae adnexis ipsius Plinii manum demonstrat. ex multis exemplis simillima sunt haec: X 156 *quod non in alio genere alitum* itemque verbo tenus consentientia XXXI 26. XXXIV 143, et X 120 *quod numquam ante*, deinde X 26 *quod nulla alia avis* (sc. facit), ib. 80. VII 96. XIII 39. XXXII 2 vel XIII 56 *quae non aliubi* (sc. sunt), XXXII 27 *quod nulli animalium* (sc. est). — **§ 137** *femina* potest aequali fere probabilitate palaeographica ante *Romanorum* intercidisse; de dictione cfr. etiam Plin. XXXV 21 *principum virorum*, Macrob. II 5, 6 *principes feminas*; Lydus ost. p. 172[a] ait γυναικὸς οὐκ ἠγνοημένης. — **§ 141** si cum *U23 veneficiis* scribas, nihil fere a littera scripta discedi e more librariorum apparet, praestat vero non inducere novam hanc nec necessariam notionem. ego quidem *beneficiis* (sc. sacrorum) dativum esse intellego opponique inter se eos, qui negent ullas esse beneficas sacrorum vires, et eos, qui infinitas credant, ut prorsus possit naturae imperari. quae proxime sequuntur, inprudentia correctoris (**F**²) de fato fatisque hominum agi opinantis et veterum editorum glossemate *apertura* male obscurata sunt. lucem affert Seneca N Q II 49, 2, apud quem Caecina *peremptalia* appellat fulmina, *quibus tolluntur priorum fulminum minae.* perspexisse igitur scientia dicitur fulgurum rationem ita, ut et futura praedicat et praeterita explicet, atque ex verbo *praecinat* per zeugma suppleto *indicet* vel *aperiat* haec prodit sententia: *eo profecit scientia, ut ventura alia* (fulgura) *finito die praecinat et an peremptura sint factum* (fulgur) *aut prius alia facta quae lateant* (aperiat). an vero excidit *aperiat* post *aut*? — **§ 142** *fulgetrum* et *tonitrua* diversis numeris inter se opponi, de qua re dubitavit Rück 2 p. 305, non mirum apud Plinium: cfr. Müller de stilo p. 56. videntur praeterea plurali numero significari multiplices continuique ac longius durantes soni, quibus tonitrus constare solet. plus dubitationis habet forma ab *J* recepta *tonitrum*, quae etiam § 192 in libris aliquot et XXV 21 in solo **N**, XXXVI 88 in solo **B** exstat. varias autem

huius nominis formas Plinius usurpat hoc modo. masculinam formam plurali tantum numero ponit: *tonitribus* II 145. XXXVII 150, *tonitruum et fulminum* II 104, *contra tonitrus* X 152. neutrius generis indubitata est forma plurali numero *tonitrua* II 112 (bis). VIII 188. XVIII 354 (bis). XIX 37. XXXV 96, ideoque singulari numero par est *tonitruum* accipi, ut *tonitrum* nihil aliud sit nisi vetusta scribendi ratio, qua geminatio litterae *u* omittatur. — § **143** mirae illius compositionis *perplurimum* origo, nisi est *p* littera errore geminata, quaeri possit in corrupto *fere* (= plerumque). contra § **147** *perputruisse*, desumptum ex 'monumentis', ostendit priscae orationis gravitatem; cfr. quae dixi de *exque* in Wölfflini archiv. XIII p. 435. — § **150** extr. *fieri* cum *D* ex **y** recepi, sed collocavi pone *posse*, quia sic apparet quo modo potuerit ante *fiunt* excidere. incertum quidem est an fuerit potius *fatetur idem* ⟨*accidere*⟩ *non nisi* eqs.: cfr. § 164 extr. 176. — § **151** sententiae maxime convenit *diffusi* (**F**²*v*), quod uncialibus litteris non multum abest a *dimisi* (**y**). — § **168** rectius scribi puto cum **Fd¹a** *Maeotiae*. forma *Maeoticae*, quam **E** praebere fertur, apud Martianum quidem Capellam uno loco invenitur, sed a Plinio aliena est, nam Maeoticorum nomen gentile (VI 19) huc non pertinet. — § **171** non persuadeo mihi ut *toto* pro dativo accipiam. coll. § 166 *est .. in toto suo globo tellus medio ambitu praecincta circumfluo mari* credibile fit hic quoque *in* praepositionem scriptam fuisse: *oceano, qui* ⟨*in*⟩ *toto* (sc. globo vel orbe) *circumdatus medio*. — ib. asyndeton adiectivorum *inproba*, *infinita* sinceri notam magis prae se fert quam addita copula: cfr. XXXVI 201 *inmensa, inproba rerum naturae portio* et Müller de stilo p. 41, Pliniana p. 39 n. — § **172** *verum* sero vidi iam Felsium p. 75 coniecisse. item *verum* pro *vero* perverse priore loco posito XXI 64 scripsit *D*, XXIV 159 ex **dT** recepit *S*, XVII 17 et XXII 18 traiectionem adhibuerunt *v* eandemque XVIII 16, ubi contrario errore *verum* alterum loco positum admisit *J*, qui XVIII 162 id mendum incerta codicum fide primus invexit. iure has correctiones fieri arbitror; in tanta enim exemplorum per omnes libros copia si quis opinetur, potuisse ter quaterve Plinium repente a se desciscere constantemque sermonis usum abdicare, redit hoc ad superstitiosam adorationem acerbissimae quae credatur diligentiae scribarum, quos tamen constat verborum ordinem interdum mutasse, ut IV 116 init. *vero quo* **F²E²**, *quo vero r*, et persaepe *o* et *ū* vel *u* confudisse: nam ut de aliis erroribus taceam, prave habent II 247. XXXVI 114 *vero* **R**, XXVIII 95 *verum* **Vd**, XXIX 94 *verum* **E**, XXVII 6 *immo verum* **E**, XX 62 *uero contra* **E**, XXXVII 173 *vero ubi* **B**. contra XIII **97** nihil opus est mutare nisi interpunctionem in modum hunc: *magna, verum post has, gratia* eqs. — ib. *incendium sideris* (sc. solis) correctorem redolet. *siderum* videtur ortum

ex mutilato *assiduum*. an potius *incendium sider⟨is assidu⟩um*? — § **175** non ausus sum recipere *ordimur* (ozp), quamvis enixe nuper a Rückio commendatum. retinui *adfodimus*, quod verbum, etiamsi insolens atque adeo unicum, recte tamen formatum, plane significat rem, de qua agitur, vicini caespitem fodiendo, h. e. usurpando, addi ad agrum proprium. est profecto credibilius pro solitaria voce substitutam esse magis usitatam quam pro usitata solitariam. — § **180** codicum vestigia satis serventur, si scribas: *namque aliis quam in medio sitis*. — § **181** an *opposit u globi noctem aut ambitu ⟨lucis⟩ diem adferente*, ut § 186 dictum est *angusto lucis ambitu*? nam *globi ambitum* sensu passivo cogitandum esse exemplis probari vix poterit. — ib. parum est veri simile Alexandri cursorem *saepius* eadem condicione idem iter fecisse et remensum esse. vox *saepius* (*sepius* a) in archetypo librorum ozp nescio an consilio — nam *remensus* quoque ibi mutatum est — omissa erat. si modo debet pro sincera haberi, potest fuisse *serius*, ut § 180 init., aut *rei eius*, iunctum id quidem cum sequenti *causa*. — § **182** malim *Vasa quoque*, ut § 196 init. — § **189** redeundum erit ad verborum ordinem eum, quem praebent opv*a.S*: *adversa plaga mundi atque glaciali candida cute*. qui si correctoris ingenio tribuendus est, sagax certe nec violenta est coniectura, quoniam in verborum collocatione saepe peccavisse librarios minime mirum est. — § **189** *figuras igni volucres* iam conieceram, antequam ipse inspexi codicem F, qui *igni* confirmat; respondent verba sequentibus *illic ignium nisu*; praeterea cfr. de re VI 187 *artifici ad formanda corpora effigiesque mobilitate ignea* quaeque XI 119 sqq. de pyrallide, pinnato quadrupede, narrantur, de dictione VII 91 *Caesaris celeritatem quodam igne volucrem*. — § **190** removi probatam omnibus editoribus coniecturam Barbari *pro inmanitate naturae*, quia *pro* abundat nudoque ablativo causali suus locus est et naturae Plinius inmanitatem alioqui non attribuit. naturae narrat *invidiam* VI 1. X 76, *inprobitatem* XXXVI 126 atque etiam *scelera* II 206, *inmanitatem* nusquam, qua quidem voce rarissime omnino utitur: VI 53 *hominum inmanitatem* et, si Roberto (o) credi deberet, VI 1 *inmanitate* (oceani). simplicissimum remedium praesto sit, si *pronuntiato naturae* dici possit pro iussu, edicto, voluntate. venit in mentem etiam *pronuntiandi* usus iudicialis, quo temptari possit hoc: *pronuntiatae naturae ⟨iure⟩ urgentis illas solitariae*. (cfr. XIX 56 *minore fortunae iure* sc. in homines, XII 5 *ut a diis nato luxuriae iure*). — § **191** *in eo si credimus*: verborum ea fere species est, ut auctoris alicuius nomen truncatum (velut *Timaeo*) subesse videatur. — § **192** an *subtracto omni spiritu qui vehat*? — § **193** *montibus* pro *moenibus* coniecit D^2, montium scilicet mentionem desiderans. at vide infra § 194 *nec montuosa tali malo carent*, quae sic dici vix possent,

si vel prostrati montes iam essent commemorati. ceterum totius membri testimonia tam levia et infirma sunt, ut spurii additamenti suspicio facile oriatur. — ib. deest substantivum *vento* vel *flatu* vel *spiritu* (§ 192), ad quod pertineant *grassante* et *rauco* et reliqua participia; nam *sonum* intellegi nec per structuram nec per sententiam verborum licet. — § **195** fuit fortasse *s u n t propinqua luce crebri*, sigla s̄ accepta pro s;. — § **199** *semel, quod equidem . . invenio*: indicativus in talibus enuntiatis sententiam restringentibus repugnat rationi Plinianae, quam Antonius Ludewig (Prager Studien III 1 p. 35) quindecim exemplis — hoc quidem mirum quo casu praetermittens — satis certo demonstravit. et apparet ex codicum vario dissensu, terminationem verbi non distincte exaratam vel ipsis librariis dubiam fuisse. restituendum erit aut *inveniam*, ut XIII 3. XXI 13. XXV 5. XXXVI 47, aut *invenerim*, ut XVIII 166. XIX 32. — § **203** quod scripsi *aequatum planitiei*, postulatur constanti apud Plinium usu: *planities* IX 109, *planitiem* VI 29. 60, *planitie* II 160. VI 187. XVII 36, *molles planities* (acc. plur.) VI 65; *aequari* autem dativum asciscit: *diei* II 81, *noctibus* et *diei* XVIII 220, *Polycleto, Myroni, Pythagorae* XXXIV 68. — § **206** hoc loco foede interpolato tenendum est, exempla omnia idcirco afferri, ut doceant ipsam se comedere terram et litora quoque infida esse. itaque non mare, quod ne verbo quidem significatur, sed *litus* vel *terram* urbes *abstulisse* et magnas insularum partes *rapuisse* putandum est. inde conicias *sinus Corinthii*, pro quo eadem mente *in sinu Corinthio va.S* posuerant. — § **209** probabilius duco scribi: *quoniam symphoniae cantu . . moventur*, ut *in* post *quoniam* deleto cantus causa sit movendi. — § **210** an *in cuius s a n c t a m aream non inpluit*? — § **211** offensio illa, quam Müller emend. p. 6 inserendo *ferunt* post *naturam* tollere voluit, bene tollitur lectione *possint* (**E**[1]**a**), modo *itaque* pro *et ita* accipias. — ib. *laboratum*, quod nullius codicis testimonio firmatur — nam in **E** inseruit manus XVI saeculi — eieci, nec tandem eiectum desiderabit quisquam, qui verbis *in Ilio* regionem circa Ilium sitam notari reputaverit: cfr. CFW Müller p. 23. 24. — § **212** verbis *causa in sole lunaque* Berger (Gesch. d. wissensch. Erdkunde d. Griechen p. 565 n. 1 ed. alt.) pro documento utitur consentientis et Plinii et Posidonii de aestu maris doctrinae, sed idem consensum hunc paulo post attenuat et quodammodo tollit, cum complura ex iis, quae Plinius proferat, dissentire cum Posidonio fateatur. et causam profecto proprie vereque dictam in luna Plinius esse putat, nam quae deinceps de vi sideris exponit, ea omnia ad lunam pertinent, quam peculiari sideris appellatione denotare solet (cfr. Sillig ad XXXII 59). solis demum § 215 mentionem facit eiusque *annuis causis* augeri cuncta dicit, quae in maris aestu et reciprocatione observentur. itaque si causam primariam et secun-

dariam voluisset distinguere, saltem sic verba collocasset: *causa in luna soleque.* nunc vero solis vim ad modum videtur referre, causam rei in luna quaerere et arguta dictione inter se opponere haec: *pluribus quidem modis, verum causa in sola luna. namque bis* eqs. (syllaba *nā* propter vicinam *na* oblitterata ex *sola* fictum est *sole*). — § **213** *ancillandi* verbum, ne sententiae quidem huius loci plane conveniens, ab erudito correctore puto substitutum esse, praesertim cum seriore Latinitatis aevo haud infrequens esse coeperit: cfr. Wölfflini archiv. IV (1887) p. 76. — § **224** redeunt fortasse ad eundem correctorem, qui dum tollit inaequalitatem et quandam audaciam dicendi, qua offendebatur, tautologiam ampliavit, haec quae eduntur ex **AF²R²E²**: (dulces aquae) *leviores haut dubie*; *ideo et marinae, quarum natura est gravior, magis invecta sustinent.* multo, opinor, praestat reliquorum librorum forma concisa: *marinae natura gravior magis invecta sustinet.* de singularis numeri cum plurali copulatione cfr. Müller de stilo p. 56. ac nescio an Beda rem recte perceperit, cum aquas dulces marinis superfusas intellegeret, ut proinde scribendum sit *magis invectas sustinet* (sc. quam dulces, ut in fluviis et lacubus). — § **230** post *incorruptas* ex libris plerisque *D* recepit *in spira.* quod quid sit non reperio. habent *spera* **op**, *semper* **z***S*, omisit **A**, in cuius archetypo ea verba ut absurda videntur deleta fuisse. verum desideratur sane in hoc aquarum mirabilium exemplo id ipsum, quod sit miraculi simile, sive fuit mentio causae, qua aquae non corrumpebantur, sive diuturnitatis, qua durabant, sive stati cuiusdam et singularis temporis, quo exoriebantur et hauriri poterant. in hanc quidem sententiam quadret *uespera*, quam formam usurpatam videmus XIII 109. XIX 183. XXXII 36. quamquam vereor ne desperandum sit de sanatione. — § **233** an *sic et illa permira naturae opera*? — **237** fortasse *si intermisit* ⟨*uisu*⟩ *ille iucundus .. crater,* nam adiectivum nude positum habet quod offendat. — § **239** *quaeve et illa natura* (**R²***S*): interrogationi adnecti alteram particulis *ve* vel *aut* adeo Pliniani moris est, ut *quaeve* iam ipsi Plinio cum *S* tribuere malim quam interpolatori, a quo vix credas hunc morem recte observatum esse. exempla habeo haec: X 76 *quid .. quaeve*, VII 116 *quo .. quove,* 189 *quod .. quantave*, 190 *quae .. quaeve*, X 75 *unde .. quove*, XIII 88 *cur .. curve*, XXVI 19 *ubinam .. curve*, XXVIII 11 *quotiens .. quotiensve*, XXXVII 41 *quis .. quamve.* itaque nunc censeo recte scribi XXVIII 86 *quanta .. quantave* (*vero* pro *ve* **R¹***S*), 229 *quis .. quaeve* (sic r *G*). particulae *aut* sic positae exempla octo protulit CFW Müller p. 10. 11; addo VII 6. 134. XII 29. XXIX 20. XXXIV 37. XXXVI 3. 5. 119. 126. — § **244** vindicavi verbum *potest* remoto illo *patet*, quod in nullo codice est nisi in **p**, suppositum, ut videtur, ab erudito homine aevi recentioris. turbatur eo etiam perpetuitas struc-

turae, quae in § 243 et 244 ea est, ut omnia cohaereant cum verbis in principio positis: *mensura currit duplici via.* — § **246** *nihil inmodicum fecere*: lenissima mutatione conatus sum verborum difficultatem sic expedire, ut congruant cum ea opinione, quam Plinius ipse deinceps expromit. mensuras, quibus diligentissimi auctores, ut Isidorus, magnitudinem incognitarum ultra Tanain terrae partium divinando aestimaverint, nequaquam excedere ait modum probabilem, immo vero aliquanto minores esse quam quas divinari par sit. concludit enim argumentationem his: *unde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagae multo esse maiorem arbitror.* — § **247** *set in hac utique*: *set* ego inserui, *et* **p** *v*, omittunt *ll.D.* neque *et* neque asyndeton hic ferri posse apparet ex universo particulae *quidem* in membris contrariis usu, quem Ant. Ludewig (Prager Stud. III **1** p. 45. 46) omni exemplorum copia demonstravit. invenimus enim formas has: coniunctis *et* .. *quidem* prioris membri opponuntur in altero *et* (V 8), *sicut et* (XXVI 8), *sed et* (quinquies), *sed praecipue* (quater), *sed maxime* (XXV 141); nudo *quidem* opponuntur *sed et* (quater), *sed praecipue* (bis), *sed maxime* (ter), *praecipue tamen* (XI 284, adde *tamen* IV 80. V 144), *maxime tamen* (bis). ad hanc normam hoc loco necesse est scribi aut ⟨*et*⟩ *in omnium quidem litterarum subtilitate* ⟨*et*⟩ *in hac utique* aut *in omnium quidem* .. ⟨*sed*⟩ *in hac utique.* quorum utrum Plinius ipse scripserit, dubium est, nam libri non constant sibi, cum prius *in* desit in **eap**, alterum in **p**, et quaeritur an Latine dictum sit *sollers in subtilitate,* cum XVII 4 Crassus orator *faceto lepore sollers* dicatur, XXXV 142 autem, ubi de coniectura vulgo edebatur *sollers in arte*, codices non assentiuntur. possit igitur non sine probabilitate geminum *et* pro gemino *in* substitui. adicere placet VIII **6**, quem locum Ludewig praetermisit, traiecto adverbio *maxime* scribendum esse: *mirum et adversis quidem funibus subire* (elephantos), *sed maxime regredi, utique pronis.* — § **248** magis probaverim *significari epistulam* .. *missam.* — ib. lectiones haud spernendas *addita* (**AF**²) et *terram* (**A**) ita tueri licet, ut aut *addita huc mensura* aut *additis huic mensurae* scribatur.

LIB. III § **7** cum Ossonoba oppidum in litore oceani situm esset, fuit fortasse *inter effluentes Luxiam et Vrium.* — § **8** codicum vestigia monent cum *v a.S* scribere *oram eam universam*, ut VI 50, nam *in* ad corruptum *universum* a recentiore manu **R**³ additum esse iusta est suspicio. — § **16** an *errores conputationi* .. *parit?* — § **17** malim *Anam* ⟨*in*⟩ *ora.* — ib. *navigabili commercio* maiorem sinceritatis quam erroris speciem habet ob exquisitam traiectionem adiectivi, de qua cfr. Müller de stilo p. 134, CFW Müller p. 1 sq., praeterea V 62 *ad effigiem* .. *chlamydis* .. *laciniosam*, XX 223 *contra omnes aculeatos ictus,* XXI 147 *folia molliora et lanatiore canitie* al. — § **32** fortasse

oppida de cetero ⟨*orae*⟩ *rara.* — § **33** Sieglino auctore D^2 recepit *fervidissimus Rhodanus amnis,* quia Solinus 2, 53 alio sententiarum nexu dixit *perniciosam ferventis Rhodani navigationem.* sed *fertilissimus* si modo est errore ortum, pervetustus certe error est, quem iam Martianus Capella pro vero accepit, cum scriberet *causas fertilitatis inportat terrae.* ceterum non *fervidissimus,* quod nisi de summo calore et aestu non dicitur, sed probabilius scriberetur *saevissimus* (vetustioribus litteris fere *ſcceuiſſimuſ*), ut idem Solinus eodem loco ait: *Rhodanus saevit et cum serenum est* et Plinius III 55 Tiberim *saevum,* § 87 Scyllam et Charybdin *saevitia claras,* Mela II 84 parva quaedam flumina *persaeva* appellat. — § **35** mirum post *at in ora* brevissimo intervallo subsequi *in ora autem.* an potius *in ora item* vel *eadem?* — § **37** placet cum *B* haplographiam tollere scribendo *Tascoduni*⟨*tani*⟩ *Tarusconoionienses.* — § **42** veterum editorum lectionem *gloriam suam* revocavit *J,* quia in **A** eam esse credebat, sed etiamsi ibi esset, iure praeferretur *sui,* quem pronominis usum, opportunum illum quidem corrigendi studio, Plinius praecipue amat, non modo cum substantiva, quibus adhaeret, partem aut actionem aliquam significant: II 239 *sine damno sui,* VIII 192 *novissimo sui purgamento,* XII 22 *sui ipsa semper heres* (sic **M**), X 202 *indicem sui,* XXII 1 *miraculum sui,* XXXV 158 *suique firmitate* (sic **B**), XXXVI 1 *durissima sui materia,* XXXVII 63 *ad crassitudinem sui,* ib. 136 *admirationem sui.* frequentissime *sui* adiungitur nomini *parte:* II 5. 82. IV 23. V 145, ubi **EdT** *sua.* VI 8. 145, ubi **R***v sui, r* et Rob. *sua.* IX 103. X 145. XII 67. XIV 120. XVII 153. XXI 103. XXXI 83. XXXII 1, ubi **B** *sua.* XXXIII 2. XXXV 167. XXXVII 1. 136. 159. quare etiam VI **24**, ubi omnes libri *parte sua quae vocatur Cataonia,* restituendum erit *sui,* ut simillime dicitur IV 23 *parte sui quae vocatur Megaris.* praecessit Seneca, velut ep. 121, 6 *in usu sui,* 23 *tutela sui,* 24 *caritatem* et *vilitatem sui.* 79, 18 *in omnem sui partem.* — § **79** conicio scribendum esse aut ⟨*in*⟩ *ora in Rhodani ostio* aut *in ora Rhodani ostio*: cfr. CFWMüller grat. p. 551. — § **86** an *plurimis* pro *pluribus?* cuius permutationis exempla collegi ad XXXVII 21. — § **87** de varietate numerorum mensurae Siciliae egerunt post alios MGGm II p. 483[a], Oehmichen Plin. Stud. p. 67 sqq. — § **89** *a quo .. fronte:* lacunam indicavi, quod nudum ablativum *fronte* sic poni posse non credo. nam aut *in fronte* dicitur II 110. III 148 aut adiuncto adiectivo vel participio VI 29 *tota montium fronte,* IV 49 *in fronte obliqua,* ib. *in extrema . . fronte,* VI 53 *ad orientem conversa litorum fronte,* 199 *circumagente se terrarum fronte in occasum.* similiter hunc locum velim suppleri in hunc modum: *a quo* ⟨*flectente se* vel *conversa subito*⟩ *fronte Siciliae.* — § **91. 92** in Siculo freto, i. e. in angustiis maris, insulas Plinius non commemorat. quod

cum Martianus Capella recte intellexisset, sed verba perperam distingueret, ridicule affirmavit in Siculo etiam freto insulas esse non dubium esse, recte tamen nova periodo continuans orationem sic: *Africam versus Gaulos* eqs. de verbis *⟨in⟩ Africam versae* cfr. quae infra ad § 133 adnotavimus. — § **97** *a quo abest LXXV:* quid abest? Lacinium promunturium? nam *secundus Europae sinus* non potest subaudiri. suspicor *quo* falso scriptum esse pro *quod* et *a* postea additum, ut fuerit: *quod* (sc. Acroceraunium promunturium) *abest* (a Lacinio). de permutatis *quo* et *quod* cfr. Fels p. 48 et not. ad XXXIV 115, ne plura exempla alia proferam. — § **99** *situm* corruptum esse ex *sito* in hoc verborum ordine ad ablativum quasi invitante minus verisimile est quam contra. vindicatur *situm* parenthesi idcirco quoque necessaria, quod participium *emittens* non ad Tarentum oppidum, sed ad secundam regionem referri debet; magis perspicuam Plinius fecisset universam structuram addita copula sic: *secunda regio amplexa* . . ⟨et⟩ *CCL* (p. ambitu) *sinu* . . *emittens.* — § **100** *Vria cui cognomen* ⟨ad discrimen⟩ *Apulae Messapia*: supplementum hoc Cluveri, palaeographica opportunitate speciosum et a Mommseno probatum, a D^2 receptum, nescio an Latine dictum sit, Plinianum esse nego, praesertim cum paucis versibus post prope eadem verborum continuatione haec ipsa locutio, alioqui non usurpata a Plinio, longe diverso significatu posita sit. mihi vero visum est remedium facile parari sublato errore, quo vicinarum vocum terminationes permutatae sint. ac de hoc errandi genere, quod in hominibus parum attente loquentibus haud raro notari licet, etiam scribentibus obvio ne quis dubitet, exemplis aliquot ex copia maiore selectis exponere placet. levius quidem erratum est traiectis litteris, quibus unius vocabuli syllabae incipiunt, ut si dicas *nobis* pro *bonis*, *dono* pro *nodo*: sic II 108 (neruis) *uernis* **R**, 174 (gerimus) *regimus* **REa**, III 70 (intercidit) *interdicit* $\mathbf{R}^1$, 107 (bouianum) *uobianum* **R**, IV 31 (recusans) *securans* **R**, 76 (euxinus $\mathbf{F}^2$) *eunixus r*, XXXVII 27 (talis **B**) *latis r*, II 197 (renitente) *retinente* **FRa** itemque VIII 118. XXXII 2. huc pertinet etiam illud *lapidicina* passim pro *lapicidina* scriptum et pervagatus in codicibus mos traiciendi vel aspirationem, quo scribebatur *chorintus, chartago, calchis, trachia, schytia*, vel consonantis litterae geminationem, ut *turannio* scriberetur pro *turranio* (III 3), *tyrrano* pro *tyranno*, *cyparriso* pro *cyparisso*, alia multa. in duabus quoque vocibus accidit litterarum traiectio, ut III 149 (cum danuuio) *dum canuuio* $\mathbf{F}^1$, quale mendum VI 55 correxit Gutschmid scribendo *Phuni et Thocari* pro *thuni et focari*. latius patet error is, de quo hic agitur, ut duarum vocum terminationes inter se permutentur invertanturque, cuius rei ridiculum illud exemplum, quod est *Galli matthias*, non *gallus Matthiae*, in proverbium abiit: sic II 129 *impari numeres*

R[1], 170 *peruiu tracto* **R**[1], 220 *soles bouis* **A**, 246 *proximo dicte* **DF**[1]**REa**, III 59 (uulscorum lingua) *uulco linguarum* **R**[1], VI 51 init. *auctora inconstantium* **DFE**, 138 *militibus inutilium* **FdRa**, 145 (fluminis chaldaei) *flumine* (*-na* **F**[1]) *chaldeis* **F**[1]**dRa**, VII 69 *tempestatem florentissima* **Rda**, 79 *naturam durae* **R**, 111 (per legatos) *pes legator* **a**, VIII 94 *mensis hyemes* **a**[1], 114 *acerrimis uisu* **DR**, IX 63 (fere cura) *fera cure* **Ra**, 147 *marcentis simili* **DFR**[1]**a**, XX 251 *paro modi* **V**, XXII 17 (illas rationemque) *illam rationesque* **R**, XXIV 15 (neruorum dolores) ordine quoque inverso *dolorum neruores* **V**, 18 *uermium auribus* **EX**, XXXI 66 *cholera calidam* **E**r. correcta sunt huius modi errata librorum omnium haec: III 87 *clara saeuitiae* (clarae saeuitia), VI 157 *oppidum in quo* (oppido in quod), XII 9 *ramorum arboribus* (ramis arborum), XVII 227 *uitium colentia* (colentium uitia), XX 207 *acetabuli semine* (acetabulo seminis), XXI 45 *rosis migrante* (rosae migrantis), XXII 29 *obolo ponderis* (oboli pondere), XXVI 28 *drachma ponderis* (drachmae pondere), XXXVI 56 *nigricans duri* (nigricantis durum). proposui corrigenda XIX 121 *ad palmum altitudinis* (ad palmi altitudinem), XX 156 *ante accessionum horrorem* (ante accessionem horrorum), XXIII 102 *mellis autem suauitati* (melli autem grauitatis); addo nunc XXIV 72 *accendere resoluitur* (resoluere accenditur). nonumquam enim vocabulorum etiam ordo simul permutatus est, ut XXII 39 (nomen animalis *v*) *animal nominis ll.*, XXXI 102 (usurpanda obseruatione **VRd***v*) *obseruanda usurpatione* **E**r, XXXVII 71 (amplitudo maior **B**) *magnitudo amplior rv*, 84 (tradunt nasci dicitur **B**) *dicunt traduntur nasci* **L***v*, 149 (colore fulgentem **B**) *fulgore lucentem rv*, II 246 (conpertas cognitum) *cognitas conpertum* **R**[1], XXIII 25 (ruptis conuulsis *J*) *uulsis corruptis ll.*; ad hunc modum XXXIV 100 pro *nominis sui originem* correxi *originis suae nomen*. — § **102** *Acra*, quod recepit D^2, postquam *U* primus coll. § 100 proposuit *Acra*, *iam*, non sufficit ad aperiendam depravationis originem; quare locum nondum sanatum esse puto. — § **120** *omnia ea* ⟨*exoncrata*⟩ vel etiam ⟨*exinanita*⟩ conieci, quod his ostiis § 121 opponuntur *ostia plena*. — § **124** *aliquotque* (**F**[2]) divinando positum videtur **a** correctore copulam desiderante; *&* *aliquot* (*v*) palaeographica ratione non minus probabile. — ib. *ortam Graecia* defendit Fels p. 65, sed exemplis diversi generis. ferri possit *Graecis*, ut § 135 *Liguribus orti*. — § **133** cum vet. Dal. scripsi *verso deinde* ⟨*in*⟩ *Italiam pectore*, ut § 92 *insulae* ⟨*in*⟩ *Africam versae*, praesertim cum in litteris *deindein* ante *italiam* facile potuerit *in* intercidere. semper enim Plinius participio *versus* adiungit praepositionem *ad* vel *in*: V 17 *ad Aethiopas*, VI 55 *ad Scythas*, 29 *ad Ceraunios* (montes), V 35 *ad solitudines*, 95 *in Asiaticam iurisdictionem*; deinde designata caeli parte aliqua, ut *ad meridiem*, *occasum*, *orientem* al.: III 147. IV 14. 58.

V 43. VI 70. 72. 86. 212. XXXVII 100; denique cum aliis nominibus appellativis locis novem. in his 23 exemplis sedecies *ad*, septies *in* positum est. quo in usu Plinius eo processit, ut etiam adverbio *versus* praepositionem adiungere quam detrahere mallet: decies posuit *ad*, semel (X 121) *in*, sexies nudum accusativum V 43 *orientem*, VII 23 *occidentem*, V 131 *Glaucumque* . . *amnem*, VI 110 *Indiam* et oppidorum nomina IV 58 *Cyrenas*, V 41 *Carthaginem*. quae Landgraf in Wölflini arch. X p. 391 sqq. de nudi accusativi apud alios scriptores usu sive plebeio sive poetico docte disputavit, non puto cadere in Plinii sermonem. — § **142** non iniuria animadvertit *H nominis*, non *cognominis*, *sui* dicendum fuisse. ipse coniecit *cognomini sibi* ex IV 82, *S cognomini sui* ex V 113. VI 5. per se sufficiat *cognomini*, ut VI 12, sed audacius est *ffui* derivare ex geminatis litteris *fluui*. — § **144** *Piraei* (**ED**) etiam apud Melam II 56. Πληραῖοι narrantur a Strab. VII p. 315. — § **151** extr. eieci *Absyrto* ut additum glossema, de quo cfr. p. 533 nota ad II 8; item *nunc Absortium*, invectum e § 140.

LIB. IV § **3** *ita* . . *vallatur excelsitas*: integra haec verba esse mihi non persuadeo. vallant montes, non vallantur, ut III 109 *Appennini iugis Sabinos utrimque vallantibus*, ac pronum est succinctos montibus Thraces intellegi, quos vallat illorum excelsitas. possit vero etiam *ita* corruptum esse ex *silua*, ut sit: *silva succincta* . . *vallat excelsitas*. certe Martianus Capella, qui *videtur* scripsit pro *vallatur*, aut verba, ut sunt, non intellecta mutavit aut aliam lectionem ob oculos habuit. — § **6** simplicissima est ratio, qua *taphiassus* deducatur ex litteris *&* (*est*) *phrassus*, ut scribatur *Chalcis*, *mons Taphiassus* intellegaturque oppidum Chalcis: cfr. Strabo IX p. 427. — § **8** nomina *Tithorea* — *Mirana* valde incerta sunt, nec constat sintne omnia oppidorum nomina. — § **13** *palinhormus* ortum videtur ex *pannhormus* et paulo post *philium* (*philicim*) ex *phliuuf*, nam terminationem *uuf* scribae saepius pro *um* acceperunt. — § **18** etiam numerus LXXX iustam mensuram transire videtur. — § **20** haud scio an *B* recte scripserit *Pellana* e Strab. VIII p. 386 extr. — § **22** mentione *Tritiensium* sive *Trittensium*, quae est certior lectio, in mentem veniunt *Triccenses* Messeniae apud Paus. IV 3, 2 (Strab. VIII p. 360) vel *Tritaeenses* (Τριταιεῖς) Achaiae apud Strab. VIII p. 386 init. — § **26** *Olyarum* (pro *Ollarum*) quid sit et unde *U* 69 arcessiverit frustra quaesivi. ego vero corruptum nomen retinere malui quam nullo testimonio invehere novum et incognitum. mirum quidem Delion oppidum a Plinio omnino sileri; an post *pteleon* exciderunt ⟨*Delion proeli*⟩*o clarum*? — § **31** hoc loco, qui est de celeberrima convalle Tempe, multa et divinata sunt et possunt divinari. praeter ea, quae adnotavi, *indutis smilace* coniecit *J* ex Aeliano, postea iunxit *viridante hac* (sc. convalle); alia explanandi magis quam

emendandi causa proposuit Friedländer Sittengesch. Roms II p. 186 n. 1; ipse temptavi *suavi luce viridante* et *silva luxuriante*. nemini tamen video offensioni fuisse verba *viridis calculo*, quamvis inusitate dicta pro lapidibus vel saxis muscosis, ut videtur, vel frondium repercussu viridantibus. fortasse de alveo fluminis cogitandum est (cfr. III 9 *amoeno blandus alveo*), ut sic procedat oratio: *undoso alueo amoenus*, *circa ripas gramine*. sed exspectanda manus artifex quae restituat. — § **38** *Assera* pro *Cassera* scribi iam Forbiger Alte Geogr. III p. 728 iussit. — § **64** pro *contra*, quod est in **AE**² ante *Oechalia*, in 'vetustis exemplaribus' *B* invenit *oca*, quod si genuinum est, recte deleverant *v* ut dittographia ortum; nam Ὄχη et insula Euboea appellabatur et maximus in ea mons, in cuius radicibus Carystus urbs sita erat, ut ipse *B* indicavit e Strab. X p. 445. 446, nec locum habet in urbium Euboicarum serie. — § **70** ex *hyperaei* et *yper et* verius, opinor, fiet *Hypera et*, ut haec insula separetur a *Patage*. — § **71** non erat cur *D*² *Icariis* mutaret in *Caricis*; Asiatica enim litora significantur maris Icarii, ita appellati ab insula Icaro prope Ioniae oram sita (V 135), sicut Attica litora maris Myrtoi. — § **72** et **73** verbali formae *circuitur* praesidio sunt eaedem V 140. VI 47. 153 positae et *cingitur* IV 66. 93. VI 32. — § **80** init. verbum *sunt*, incerta fide (**DR**?) vulgatum, videtur non necessario postulari, ut sit commune verbum *tenuere*, quo sequentia quoque reguntur, atque obiectum peculiare si desideres, nescio an *omne* (**Dd**) hic eodem modo quo II 208 *diffusae per omne naturae* dici possit significetque omnem ab Histro orbem septentrionalem. — § **88** insolenter et structura vix explicabili dicta sunt *neque in alio quam rigoris opere*. exspectes tertium aliquod participium vel adiectivum, quo continuentur quae praecedunt *damnata* et *mersa*, velut *neque iam alio quam rigoris opere* ⟨*insignis*⟩ *gelidisque Aquilonis conceptaculis*. — § **89** difficultates, de quibus Müller emend. I p. 7. 8 exposuit, commodissime ablativo *salientibus* removeri apparet; quae correctio ne inaudita existimetur, affero pauca quae forte enotavi exempla: II 41 *contemplantibus* **F**¹**R**¹, *contemplantium r*, III 124 extr. *degentium* **A**, *degentibus r*, XIII 127 *omnibus* **M**, *omnium r*, item XVIII 43, et consensu editorum XIII 139 a Barbaro scriptum est *invadentibus* pro *invadentium*. — § **104** *Thyles* nominis scriptura variat ubicumque invenitur: *tyle* **A** hic et II 246 (ceteris locis deficit), item **y**. sed II 187 *thyle* **Fy**. *tyle* **R**. *thilae* **o**. *thele* **a** et VI 220 *thylen* **DE**. *thilen* **op**. *tylaen* **F**. *tilen* **Ra**. editores veteres plerumque e Strabone scripserunt *Thule*. — ib. suspicor *hoc quidem senis mensibus*, nulla fere mutatione, quoniam *quidam* et *quidem* non minus saepe permutata sunt quam *idem* et *item*. praeterea cfr. Ant. Ludewig Prager Stud. III 1 p. 23 n. 2. — § **109** cum oceani partes magnorum Galliae fluminum ostiis disterminentur, pronum

est mutilatum illud *interri* ita supplere: *inter ⟨Lige⟩rim et Pyrenaeum Gallicus*, praesertim cum Veneticae insulae ex adverso eius ostii sitae sint. — § **112** an *Seurbi* idem ac *Seurri* apud Ptol. II 6, 27? quamquam apud hunc quoque variat scriptura. — ib. argumento loci magis aptum *ibique* quam *ibi quoque*. — § **120** Barbarum una tantum littera mutata *aput eos* scribentem unice verum invenisse arbitror, cum haec hominum significatio aptissime respondeat *nostris* et *Poenis*, qui statim opponuntur. de dictione cfr. XXIV 142 *apud nos dracunculus vocatur*. — ib. nomen *Aboriginum*, a nullo scriptorum veterum ante Tertullianum et Ammianum Marcellinum (cfr. Thes. LL I 125) nominis appellativi modo usurpatum, e Pintiani coniectura *H* primus Pliniano sermoni affinxit. mihi magis probatur *ab origine ⟨indigenae⟩ earum*. (ναιετῆρες Dion. perieg. 456, *coloni* Avien. descr. orb. terr. 615).

LIB. V § **14** abrupta est oratio post verba *prodidit de excelsitate quidem eius quae ceteri*; desideres *sed et* vel *sed praeterea*: cfr. p. 543 notam ad II 247. — § **17** *gentes* fortasse corruptum est ex singulari numero, ut continua oratione iungantur: *gens in ea quondam praecipua Maurorum*. — § **21** *Macchurebi* Ptol. IV 2, 5. — **24** an *colonia item Maxula*? nam *et* ante *Maxula* habent libri omnes praeter **E**. — ad § **29. 30** cfr. Otto Cuntz de Augusto Plinii geographicorum auctore (Bonnae 1888) p. 40 sqq. *Assuritanum* CIL VIII n. 1798. forma *Chiniavense* confirmatur inscriptione (publicata in Rev. archéol. 1892, 19 p. 295) apud Waltherum Barthel, Zur Gesch. der röm. Städte in Africa (Gryphiswaldae 1904) p. 36. de *Simithu* cfr. CIL VIII p. 158. *Thubursicense* ib. p. 177. *Uchitana* ($\mathbf{F}^2$) ib. n. 15450. 15454. 15455. *Abbiritanum* ib. n. 814. — § **35** verum vidit, opinor, Dalecampius; alterutrum enim necesse est: montem esse aut specie adusto similem aut ipsum re vera accensum. peccatum est olim terminatione accommodata. — § **40** numeri quem scripsi ratio est haec: apud Agathem. III 10 computat Artemidorus a Tingi Canopum stadiorum 29252 h. e. passuum 3656400 vel summatim 3657000, ergo Isidorus, qui computavit 40000 pass. amplius, 3697000. — § **44** *eosque iuxta* ($\mathbf{F}^2$) et *iuxta eosque* (**f**) non magis certa sunt quam *iuxta eas* ($\mathbf{E}^2$**o**). cernitur manus correctoris suopte ingenio *iuxta* inserentis. dixeris fortasse *eosque* (*r*) ortum esse (*f* post *f* omisso) ex *feosque*, hoc autem corruptum ex *ferosque*, et continuata fuisse verba sic: *Atlantas ferosque Aegipanas, semiferos et Blemmyas* eqs. — § **46** reieci verbum *dicuntur* (**o**) post *comites fuisse* nulla necessitate ad supplendam orationem additum, quod fugisse etiam Müllerum de stilo p. 76 solemnem hanc brevitatem dicendi luculenter demonstrantem est quod miremur. — § **59** neque *insulae IIII* neque *insula est IIII* (sc. pass. ambitu) r- veritati convenit. an vero indicatum erat, ut paeninsula

Syenen a latere Arabiae, ita ex adverso insulam Philas esse Aethiopiae finem? fac IIII errore acceptum esse pro INI et E pro F: nascetur INSVLA FINI et addita T littera *insula finit Philae*. — § **64** verba *quod alii Heracleoticum* Mommsen Solin.[1] praef. p. L n. statuit recte subiungenda fuisse superioribus *proximo Alexandriae Canopico* et sic esse ab ipso Plinio suppleta, sed culpa librarii eius, qui ei a manu esset, prave inserta ante alterum *Canopico*, ubi nunc sunt. — § **67** *seleuciae pieria* (*pteria*): sic praeter **E** (?) libri omnes. possit permutatis terminationibus restitui *Seleucia Pieriae*, ut Σελεύκεια Πιερίας apud Ptol. V 14, 2. — § **74** *intercursant*, ob ipsam raritatem formae obnoxium variandi studio, veri similius est quam *intercurrunt* commendaturque locis his: III 151 *aestuariisque . . intercursantibus*, item XIV 42 *foliis* et XV 88 *lignea membrana*, nec aliter scribendum est XXVIII **111** extr. *cui nullus alius colos intercursaverit* (pro *incursaverit*). — § **76** inter *inde* et *Sarepta* delevi *Idaeam* oppidum aliunde, quod sciam, non cognitum, praesertim cum litterarum similitudine suspicio dittographiae moveatur. si vero genuinum est, cogitari possit *Elaea*, quam Phoenices urbem inter Tyrum et Sidonem sitam Steph. Byz. s. v. e Philone tradit. — § **77** *interveniente valle* miro errore *S* e nullo codice nullave editione recepit, sed ex adnotatione Harduini nescio quo casu dictionem in lemmate variantis. — § **78** pro *ducentis passibus* MGGm I p. 472[b] coniecit $\bar{\Pi} \cdot cc$ ex viginti stadiis apud Strab. XVI p. 753 extr.: Scylax 104 vero et Diodor. XXXIII 5, 6 octo stadia sive 1000 passus produnt. quodsi similem his auctorem secutus est Plinius, pronum est ex *CC* facere ∞. — § **81** bene Gelenius *et, unde Cyrrestice, Cyrrum*, nam haec descriptio non ordine (ut ita dicam) geographico, sed alphabetico procedit et est ad rem aptissimum, ut antea Chalcidenae regionis, sic Cyrresticae quoque nomen explicari. — § **83** malim ⟨*ut*⟩ *Licinius Mucianus*; ad perspicuitatem structurae necessaria est particula, quam ante similes litteras *lic* fugisse oculos non mirum est. — § **84** insolentem formam adiectivi *saxuosum* recepit *D*; ego retinui vulgarem et constanti usu confirmatam: cfr. XV 24. XVIII 46. 299. XIX 48. XX 13. 255. XXI 175. XXII 19. XXV 111. XXVI 57. XXVII 125. 134. XXXI 48. nam mendose *faxuosum* scriptum esse pro *flexuosum*, quod § 98 de Tauro dicitur, parum veri simile. — § **85** *Trischoenon a mensura* (sc. dictam regionem) coniecit *S.* sufficiet scripsisse *trischoenon mensura*, *N* ante *M* accepto pro *A*. — ib. (Euphrates) *cursum ad occasum solis agit*: tempus praesens in **o** recte substitutum, sed coniectura fortasse id factum est, mendi origine non aperta. cum littera *r* post *f* non raro omissa sit, pro *egit* potest scriptum fuisse *regit*, ut de Strymone amne IV 38 extr. dicitur: *priusquam dirigat cursum*. — § **89** offensioni est *propior* relatum ad Elatii oppidi nomen neutrius generis. Graeca forma *Damascos*, quam **FR**

praebent alias a Plinio non usurpatam, favet conicienti structuram hanc: *propiore Petra quam Damasco*. — § **93** *quae ante Oenianda*: de *ante* et *antea* promiscue positis (cfr. Fels p. 67) difficile est iudicare, cum codices persaepe inter se differant. tutissimum duxerim optione data praeferre formam *ante*, praesertim sequente vocali. cfr. etiam coniuncta *ante* et *postea* XXVI 61. XXVII 79. XXVIII 120. 184. — § **97** memoratu dignum est in a esse *innumerarum pro gentium*. in quo ambigas, sitne error oculi declinantis ad *promunturio* an mutilum adverbium *prope*, omisso scilicet *pro* ut absurdo in reliquorum codicum archetypo. — § **99** forma *Armenicae*, quam D^2 recepit ex F^2R, non familiaris est Plinio, qui *Armenium* narrat in floridis coloribus XXXV 30. XXXVII 81, ceteris vero locis adiectivi formam praefert quae est *Armeniacus*: XV 41 *pruna*, XVI 103 *arbor*, XXXVI 164 *cotes*, VII 129 *bellum*, XXX 16 *triumphus*. — § **104** pro *Pyrnos* coniecit MGGm I p. 496ᵃ *Physcos*. — § **106** *ortus* per se positum requirit quo suppleatur; exspectaveris *ortus haut procul*, *mox conditus* vel simile quid. — § **109** negat MPt p. 824ᵃ recte cum *D* scribi *Euhippini* pro *seu Hippini*. at *Hippini* non est nominis Alindiensium interpretatio, sed nomen proprium; sin autem esset geminum huius populi nomen, Pliniani usus esset non *seu*, sed *iidem*. denique a forma *seu* omnino abstinuisse Plinium videri vol. V p. 487 ad XXXII 53 notavi. unum tamen exemplum inveni interim: XI 230 *seu mas seu femina*, quod attrectari non debet, quamquam ab ipso Plinio *sive* .. *sive* scriptum esse persuasum habeo. — § **112** comma inter *oppidum* et *Oraculum* sustulit *J*, ut caveret — quod MGGm I p. 501ᵃ quoque monuit — ne Posideum oppidum fuisse colligeretur. fanum certe Neptuni fuit. — ib. scripsi *Didymei* consentiente Strab. XIV p. 634 Διδυμέωϲ, licet apud alios scriptores etiam terminatio αῖὸϲ inveniatur. — § **114** *ab* vulgo ante *Epheso* insertum exclusi, cum codicum auctoritate apud Plinium non satis constare videatur in urbium nominibus praepositionem omnino necessariam esse. — ib. egregiam emendationem *Mandrolytiam* Letronnio deberi Otto Kern, qui diu occultam primus in lucem protraxit, rogatu meo litteris benigne datis me docuit. — § **120** an *Caesareenses*? — § **123** Strabonis aetate (cfr. XIII p. 606. 604. 613. 620) exstabant etiamnum tres civitates Polymedia et Chrysa et Larisa. quare dubitari licet an pro *fuit* recte scribatur *funt* et sequentia verba *Zminthium* .. *durat* .. *intercidit* artiore vinculo copulata inter se opponantur. — § **130** Μάριον Scylax 103. Diodor. XII 3, 3. XIX 59, 1. 79, 4. Steph. Byz. s. v. et s. Ἀρϲινόη. — § **131** an *Characta* (χαρακτή)? — ib. *genagor VIII* Fa. an *Xenagoru III*? nam octo fuisse insulas non magis verisimile est quam $\overline{VIII}$ significari ambitum unius ex illis, quod censuit MGGm I p. 493ᵇ. — § **134** *Chrysa* coniecit *H* pro *Crusa*. an forte *Criusa* (κριόεϲϲα)?

ceterum de frequenti varietate terminationum *ussa* et *usa* cfr. Bernhardy ad Dionys. perieg. 456 p. 640. — § **139** malim inverso verborum ordine *et* (= etiam) *Himerte*, *Lasia* eqs. — § **146** exstinxi gentem *Teutobodiacorum* dubiam illam aliisque auctoribus plane incognitam et fictam ex Teutobodi ducis nomine, cuius seriore demum aevo mentio fit apud Flor. I 38, 10 et Oros. V 16, 12. is quidem qui correxit **R** et fictionis auctor exstitit (si recte dignosco Iani in collatione notas) videtur voluisse *toiobodiaci*, cum ex litteris *ut* unam *i* reliquerit. si modo fuit nomen gentis, ex codicum vestigiis probabilius eruitur *ac tolitobaci et*, quae emendari licet sic: *ac Tolostobogi. et gentes quidem* eqs. — § **147** *Comenses* putavit *B* eosdem esse ac Comanenses apud Ptol. V 5, 7, ubi MPt p. 864ᵃ collatis titulis nummisque in CIL III suppl. p. 1250 restituit Κόμαμα. quae si recte se habent, pronum est scribere *Comamenses*.

LIB. VI § **1** *appellatus est* **F²R²E²o**: verbum *est* a correctore additum quam errore librarii omissum esse per se verisimilius est; praeterea vero argumenti caput non est appellatio Ponti iam IV 76 memorata, sed aviditas insatiabilis oceani, qui in terras inrumpens (cfr. III 5 V 141) tamquam rapax hostis hic describitur. — ib. *ullo fine* eidem correctori tribuo femininam formam pro mendosa habenti; nimirum nesciebat Plinium eadem notione femininum genus quater usurpasse (XIV 11 *nulla fine*, XXX 82 *nec finis alia quam morte*, XXXIII 3 *quae . . futura sit finis*, 98 *nullam finem spei*), semel tantum masculinum (XXV 37 *nullo omnia experiendi fine*); nam II 121 *ventis etiam et tempore et fine dicto* alia est condicio adiuncto *tempore*. — ib. inusitato plurali *lacus Maeoti* non praesidio est locus XXVII 2 *a Maeotis paludibus*, ubi palustria litora intelleguntur herbas gignentia. magis probatur quod *G* cum *P* scripsit *lacus Maeotis* (*ſ* ante *r* omisso) . . *iungat*. — § **8** ut origo mendi aliquatenus patefieret, pro *praefluens* scripsi *praefluit amnis*. potest etiam *torrens* vel *ruens* vel tale quid fuisse. *praeterfluit* (*D*) non est moris Plinii, qui *praefluere* tredecies III 52. 102. 126. IV 8. 14. V 74. 90. 101. 126. VI 44. 92. 93. 167 (cfr. Horat. carm. IV 3, 10. 14, 26), *praefluo amne* XIX 60, *praenavigare* VI 97. 146, *praenavigatio* IV 57. VI 199. 201, sed nusquam *praeterfluere* usurpavit; incerta enim lectio praef. § 30 *sivi praeterfluere* et alium habet significatum et Catonis est, non Plinii. — ib. librorum scripturam *Hylas* vindicare studuit MPt p. 878ᵃ hodiernum amnem *Oulou Irmak* agnoscens. — ib. *in regione hoc* (sc. oppidum) *Gazacena*: hunc demonstrativi pronominis usum CFWMüller p. 15 ad XXVII 102 undecim exemplis illustravit, quibus totidem addi possunt, ut II 103. XIX 126. 129 cet. — § **11** an *flumina Iasonium* ⟨*eodemque nomine promunturium*⟩? cfr. Ptol. V 6, 4. — § **12** **R** non habet *magrus*, sed *nogrus*, ut ceteri. Mogri nomen videtur solius Arriani testimonio niti, apud quem eadem

litterarum *M et N* permutatio non minus opportuna fuit quam apud Plinium. — § **18** *ceruerios* **R**[2] (unde *Cerberion v*) incertae admodum fidei est. *Chimerion* (χειμέριον) commendatur verbis IV 87 (latitudo) *plerumque pervia glaciato freto.* — § **21** an *iunctos* ⟨*in*⟩ *montium cacuminibus* aut potius *disiunctos montium cacuminibus*? — § **22** an *Heniochos* pro *Herticheos* et deinde *Palaeos* pro *Spalaeos*? — § **23** prorsus eodem errore § 44 *sinus* pro *situs* habent **RdE**[1]**p**, paulo aliter § 20 libri omnes *sinum* pro *Silim*, nec mirum hanc vocem in geographicis libris frequentem facili librariorum errore substitutam esse pro litteris similibus. *terrae* vero *sinum* Plinius haud secus ac Livius XXX 2, 12 (*Arpini terra campestri agro in ingentem sinum consedit*) recessum dicit cavum sive locum depressum: II 115 *concavi vallium sinus*, 200 *terrae sidentis sinu recepti*, 166 *hac* (terra) *sinus pandente.* — § **25** *transvecta Araxen* coniecit *H.* magis conveniat *transgressa* vel *transiens*, ut terra aliqua *excurrere*, *procurrere*, *decurrere* dicitur. *vectus* VI 130 de fluminis cursu ponitur, de terra poni vix possit. — § **26** delevi *de* ante *Cyro* ut prave praeceptum ex sequenti *defertur.* qui servare volet, possit supplere ita: *ut plures existimavere, herede Cyro defertur.* translative sic XVI 173 *innumero herede* et XII 22 *sui ipsa semper heres* (e coniectura Madvigii). — § **27** de numero iusto ampliore |XIII| cfr. MPt p. 934[a]. si subsit error numeri, sumpta mensura Theophanis (apud Strab. XI p. 530) 6000 stadia efficiant 750 000 p. vel summatim 800 000 p., ita ut sit *VIII* pro *XIII* ponendum. sed res incerta. — ib. praefecturas *XX* conieci ex Ptol. V 12, 4 p. 937[a]. — § **33** *accolarum* scripsi cum propter litterarum similitudinem tum quia oceanus non in *nomina* dividitur, sed *varie*, i. e. in varias partes, et divisionis ratio aptissime indicatur verbis *per sinus et accolarum conplura nomina*, ut § 36 et V 47. — § **36** mira maxime est singularis unius cod. **a** scriptura *et irrumpentes Scythico oceano*, quam ne consulto interpolatam esse putemus obstat orationis forma, qualis est, absurda et intellectu destituta. verum detracta littera *s*, quae adhaesit, evadit structura argumento plane conveniens: *et irrumpente* (non modo adluente: cfr. § 33) *Scythico oceano*; nam sententia per particulam *nam* adnexa eo continetur, quod mare narratur duobus nominibus celeberrimum esse. inscite autem dicitur e Scythico oceano mare irrumpere, cum mare hoc nihil aliud sit quam ipse ille oceanus. — § **42** librorum omnium scripturam *ab Armenia* ita tueri voluit *B*, ut ablativis *Otene regione* locum accuratius indicari diceret (= qua est Otene regio). an inverso ordine *ab Armenia regione Otene*, ut sit adiectivi forma *Armenia*? — § **43** (liquor) *eadem emissus* obscure dictum est nec congruit cum Solinianis his: *constrictus vi caloris velut in aestivam glaciem corporatur.* liquorem potius t a r d e vel p a r u m emitti

credideris; certe latet corruptela. — § 51 *magnitudine haut dubie*: sic opv recte quidem ad sensum, sed obscurata causa negationis in ceteris libris omissae. verisimilius est *nō* excidisse post syllabam *ne*, ut saepe invenitur *non dubie*: cfr. VIII 59. XIV 65. XXI 47. 116. XXXI 41. 46. XXXVI 189. XXXVII 8 al. — § 62 numerum, quem uncis inclusi, computando inventum olim lector aliquis margini adscripserat; in textum postea alieno loco irrepsit. ipse Plinius ei suum locum post *dicatis* adsignasset additis *quae summa* (*computatio*) *efficit*, ut IV 78. VI 36. 206, aut *sic fiunt*, ut VI 175, aut *in totum sunt*, ut VI 196. ceterum ne § 64 quidem Plinius numerorum omnium summam adiecit. — § 64 *sic* deesse Io. Müller sagaciter detexit. palaeographica quidem ratione non minus probabile, verborum autem ordine commendabilius fuerit *lingua* ⟨*ita*⟩ *nivosum significante*, id quod elucet ex locis ab ipso laudatis IV 120. XII 27. — § 69 de urbis *Chrysoborae* nomine adhuc dubio cfr. MGGm I p. 318[b]. — § 70 *prae* ⟨*se*⟩ *ferunt D.* sed hac notione *praeferre* neque aliis scriptoribus alienum et Plinio unice familiare est, velut iuncta ei sunt V 72 *aquarum gloriam*, XI 137 *indicia animi*, XVI 70 *gravem odorem*, ib. 59 et XIX 129 *virus*, XXI 66 *luctum*, itemque interpretor XXVI 14 *cognominari se frigida* (aqua) *danda praeferens* et XXXV 84 (Apelles) *vulgum diligentiorem iudicem quam se praeferens*, quamquam his locis dubitari licet an sit anteponendi notio intellegenda. alieni generis est unus quem novi locus VIII 2 *vitulorum fatigatos prae se ferentes*. — § 83 *transfretantium*, quamvis suadente Rückio 2 p. 312, contra Solini quoque testimonium recipere dubitavi, quia et auctoritas unius excerpti y non videtur tanti momenti esse et summa rei non tam in eo vertitur, ut volucres fretum transeant, quam ut mare fugiant petantque terram, in qua habitare et degere solent. adde quod illud verbum, etiamsi teste Gellio X 26, 1 iam Asinii Pollionis aetate 'dici solitum', a Plinio tamen, qui saepe de mari transeundo loquitur, nusquam usurpatum est; seriores demum scriptores receperunt, primus Sueton. Caes. 34, crebrius postea posuit Amm. Marc. XIX 8, 9. XX 9, 1. XXII 6, 4. XXXI 4, 5, translata etiam notione Tertull. de paenit. 1. equidem crediderim in pervetusto exemplari fuisse *t̃raspetentium* (ut in op) scriptum et inde factum *trāsfretantium*, seriori aevo familiare. idem excerptor paulo ante § 82 pro *nauigatione* substituit *nauigio* — debuit saltem ex usu Pliniano *remigio*, ut VI 174 —, hac quoque voce usus serioris: cfr. Amm. Marc. XV 9, 7. — § 99 cum Granis fluminis dextra Dexii montani accolant, Susiane regio ad laevam eius ripam adiacere putanda est, cui rei conveniat *p̄ter*, non *per*: sic *praeter* iungitur cum verbis *defluens* V 5, *lapsus* VI 10, *raptus* ib. 84, *venientem* ib. 135, *transcurrit* II 96, *fertur* ib. 214. — § 101 tempus praeteritum *infestabant* aliter ferri vix potest quam inserto aut *prius* post

positis aut *nunc* ante *navigatur*. — § **111** vetustiore litterae *a* forma *siccanas* legi facile potuit pro *sacanas*; inde non multum abest Ptolemaei *Saganos*. — ib. *deratinus* **E**[a]: considerato hodierno nomine *Darjabin* (cfr. MGGm I p. 361[b]) in mentem venit *Derapinus* vel *Darapinus*. — ib. an ***nunc uel paucis***? nam ***in paucis*** iure et veteribus et Iano displicuit. cfr. XXX 96 ***paucis e pluribus***. — § **115** quid sub inaudito nomine *Ceribobus* lateat, difficile est inventu. quae propositae sunt coniecturae a litteris longius discedunt. fuitne ***caret urbibus*** vel simile quid? quae in sequentibus opponuntur regioni maritimae, arguunt eam incultam fuisse. — § **129** ***ad septentrionem flexus*** *uersus*: om. *uersus* **E**[a]**F**[2]*v*. at verisimilius est consulto omissum id quam in altera librorum stirpe additum esse fitque rectissimum inverso ordine ***ad septentrionem versus flexus***: cfr. quae exposui p. 546 ad III 133. — § **167** *Agipsum*: *Dipsium* (δίψιον) coniecit D^2. — § **169** *Maraeu* et *Stratonos* D^2 recepit coll. P. Meyer Heerwesen d. Ptolem. p. 24. 36 et 55 n. 193. 90. — § **173** et **199** *V dierum navigatione*: in uno **E**[a], quem secutus est *D*, legitur *II*, confusione notarum *II* et *V* in hoc potissimum codice pervagata. Plinius dixisset ***bidui***, ut § 163. 200. VIII 209; item dixit *tridui* IV 95. VI 189. VIII 207. XXVIII 117, *quadridui* VI 86 163. 197. V 38. VII 149. XXVII 27, non *III* et *IIII dierum*. ceterum cfr. ***biduo*** XI 236, ***post biduum*** II 124. XIII 133. — § **188** *dicemus*, quod coll. § 197 posui pro ***defimus***, exemplum est traicctarum in vicinis syllabis vocalium: cfr. quae dixi p. 545 ad III 100. — § **190** oblivioni a me redditam esse ficticiam illam *Hypsodorum* gentem, quae e scribarum mendis orta in editionibus adhuc viguit, nemo, opinor, mirabitur. — § **191** et **193** diversitatem nominum *Sembritarum* et *Seberritarum*, quamquam de eadem gente haud dubie agitur, e codicibus in textum transtuli, quia de genuina forma apud Plinium non liquido constat et prior mentio ex Aristocreonte, ut videtur, altera ex Bione desumpta est. — § **203** ***sub meridiem quoque***: veritus sum cum **E**[a]**p** damnare vocem *quoque*; apertum enim est Iubae a Seboso dissensum cum pondere aliquo denotari, ideoque Solinus paulo verbosius ait: ***sub meridie quidem sitas, sed proximas occasui.***

CORRIGENDA ET ADDENDA

In contextu p. 391, 17 scribe Callirrhoe. — *In notis p. 275, 11 ad* saeuini *adde* **DE** *p. 295, 7* elapithes **R** *p. 353, 18 ad* hiberium *adde* **D** *p. 370, 3 adde*: *rectius fortasse* Tacapes. *cfr. CIL VIII n. 10023* (*hodie* Gabès) *p. 426, 19 adde:* Amycopolis (*pro* Nicopolis) *coni. Wieseler in progr. acad. Gotting. 1875 p. 22* *p. 488, 8 adde*: profecere *v.* proficere **E**[s]**F**[2].

— —

Hoc loco simul corrigere placet errata quaedam in voluminibus III. IV. V non correcta.

Vol. III p. 188, 21 in contextu scribe nata (*pro* nota). *p. 234, 3 in notis* praecepimus *rC. alia correcta sunt ad calcem voll. IV et V.*

Vol. IV in contextu scribe p. 217, 4 verbenacae folio (*pro* folia) *p. 339, 1* spongeaeque cinere *p. 472, 4* lecto subiciantur. — *In notis p. 178, 19* animalia **VRE** *U* *p. 203, 5* seminis **VR** *p. 273, 5* colligat *et 7* traci- **VRT**.

Vol. V in contextu scribe p. 29, 18 infundentibus *p. 145, 9* sanguine caprino *p. 232, 11* et (*pro* in) titulos *p. 239, 15* colorum *p. 253, 17* fefellisset *p. 278, 18* obiisset *p. 307, 20* huius rei *p. 408, 7* iucundior. — *In notis p. 241, 17* convenit *v.*

erlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

ie griechische und lateinische Literatur und Sprache. Bearbeitet von: U. v. Wilamowitz-Moellendorf. K. Krumbacher. J. Wackernagel. Fr. Leo. E. Norden. F. Skutsch. (Die Kultur der Gegenwart. Ihre Entwicklung und ihre Ziele. Herausgegeben von P. Hinneberg. Teil I, Abt. 8.) gr. 8. 1905. Geh. *M.* 10.—, in Originalband *M.* 12.—

„In großen Zügen wird uns die griechisch-römische Kultur als eine kontinuierliche ntwicklung vorgeführt, die uns zu den Grundlagen der modernen Kultur führt. ellenistische und christliche, mittelgriechische und mittellateinische Literatur erscheinen ls Glieder dieser großen Entwicklung, und die Sprachgeschichte eröffnet uns einen Blick n die ungeheuren Weiten, die rückwärts durch die vergleichende Sprachwissenschaft, orwärts durch die Betrachtung des Fortlebens der antiken Sprachen im Mittel- und eugriechischen und in den romanischen Sprachen erschlossen sind."

(P. Wendland-Kiel in der Deutschen Literaturzeitung. 1905. Nr. 45.)

Charakteristik der lateinischen Sprache. Von Prof. Dr. O. Weise. 3. Aufl. gr. 8. 1905. geh. *M.* 2.80, geb. *M.* 3.40.

„Weises gedankenvolles und inhaltreiches Buch über die lateinische Sprache erschien zuerst 1891. Aus einer liebevollen Vertiefung in den interessanten Gegenstand geboren, überraschte es durch eine Fülle treffender Urteile des sprachkundigen Verfassers; der gewandte, gefällige Stil machte es zu einer angenehmen Lektüre... Als erste zusammenfassende Darstellung des Charakters der lateinischen Sprache war es in seiner Art neu. All die tausendfältigen Beobachtungen, die erfahrene Sprachkenner über lateinische Redeweise gelegentlich gemacht hatten, stellte es mit eigenem Urteil übersichtlich zusammen; Andeutungen der Grammatiker wurden weiter verfolgt immer unter dem Gesichtspunkte, den Gründen der sprachlichen Erscheinungen nachzuforschen und von der höheren Warte der psychologischen Betrachtung aus ein richtiges Urteil zu gewinnen."

(Wochenschrift für klass. Philol. 1900. Nr. 15.)

Charakterköpfe aus der antiken Literatur. Von Prof. Dr. E. Schwartz in Göttingen. Fünf Vorträge: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 2. Aufl. gr. 8. 1906. geh. *M.* 2.—, geb. *M.* 2.60.

„..... Die Charakterbilder von Schwartz möchte ich lebhaft empfehlen, weil sie einen Begriff geben von Umfang, Aufgaben und Zielen der Literaturgeschichte, wie sie sich aus der Vertiefung der Forschung ergeben...... Die frisch und lebhaft gehaltenen Vorträge sind der reife Ertrag vielseitiger Forschung. In einer Fülle von Problemen und Streitfragen nimmt der Verfasser stillschweigend Stellung. Man spürt, daß er überall aus dem Vollen schöpft und seine wohlerwogenen Gründe hat, auch wo man seine Ansicht nicht teilt......"

(Monatsschr. für höh. Schulen. III. Jahrg. 8.)


Botanische Forschungen des Alexanderzuges. Von Dr. Hugo Bretzl. Mit zahlreichen Abbildungen und Kartenskizzen. Gedruckt mit Unterstützung der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. gr. 8. 1903. geh. *M.* 12.—, geb. *M.* 14.—

Die wissenschaftlichen Originalberichte des Alexanderzuges sind in ihren wertvollsten Stücken aus Theophrasts Pflanzengeographie wiedergewonnen und eröffnen uns einen ungeahnten Einblick in die botanische Forschung jener großen Tage. Mit Staunen sehen wir: es sind Grundprobleme moderner Pflanzengeographie, welche schon die Griechen interessieren, und die Mangrove-Vegetation des Arabischen Meeres, der Zusammenhang von Erdzonen und Höhenzonen, die nordische Heimat der Himalajatannen, die nyktitropischen Tamarindusfiederchen, die aphyllen Sukkulenten der Wüste sind ihre Entdeckung. Dem Philologen und Botaniker, Geographen wie Historiker gleich bedeutsam, bringt das Buch für das Wissen von dem Alexanderzuge eine Fülle der Bereicherung; Alexanders Wüstenzug und Nearchs Fahrt treten auf einmal lebendig vor Augen. Hauptvorzug der Darstellung ist der große Zug, der überall hindurchgeht: die meisten Probleme werden von der Griechenzeit über die Araber bis in unsere Tage hineingeführt. So greift die Behandlung weit über den engeren Rahmen des Themas. Hier zum erstenmal ist dem pflanzengeographischen Werke Theophrasts seine wahre Würdigung geworden, und manche strittige Frage findet nebenher ihre überraschende Lösung.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig

Aus Natur und Geisteswelt.

Sammlung wissenschaftlich-gemeinverständlicher Darstellungen aus allen Gebieten des Wissens




Stanford University Libraries
3 6105 124 430 047

